

dictis, de quibus in ea infamandi causa dictis in quibus idem, q. minimè requiritur catum, nec vociferationem.

Nec supradictis obstat, si dicatur nostram l. in conuitiis loqui, vt patet ex ea ibi: qualquiera que à oiro denostare, y le dixere &c. & ibi: otros de nuestris semejantes: ergo debet intelligi & declarari iuxta dispositionem d. §. conuitium, nempe vt dicatur in cœtu & cum vociferatione ad hoc, vt pœna nostræ l. locum habeat iuxta opinionem Parladorij: ¶ Respondemus namque legem nostram minimè loqui per verbum conuitiare, aut conuuium, sicut loquitur latine, d. §. conuuium, nec hoc nomen habemus in nostra materna lingua, qua loquitur nostra l. regia 2. sed denostare, ò denuestos, hoc autem latine est, dehonestare, vel inhonestare, dehonestatio & dehonestamentum, secundum Anton. Nebrissenf. in suo dictionario nostræ linguæ Hispanæ composito verbo denostare, & hinc dehonestamento, pro contumelia vsus est Tacitus lib. 2. vt refert Ambrosius Calepinus hoc verbo, ¶ & veracula lingua secundum communem vsum loquendi, significat affrentar, deshonrar, iniuriar, ò difamar, vbi cumque igitur hoc intelligit verificatur dispositio nostræ l. absque eo quod id fiat in cœtu vel cum vociferatione, ¶ & hic est verus sensus & intellectus nostræ l. que minimè potest intelligi iuxta d. §. conuuium, dum loquitur in conuitio propriè & strictè sumpto, quia illud est vocabulum latinum, & inter latine loquentes versatum, quod latine significat, et denuesto conuozes ò iniurias, secundum Anton. Nebrissenf. in suo dictionario latino, verbo conuuium. ¶ Denique conuuium secundum alios, est maledictum cum contumelia, & à vitio deriuatur, vel à conuio, vt placet Laurentio Vallæ referente Ambrosio Canepino verbo conuuium. ¶ Nostra verò l. reg. vtitur, verbo denostare, quod in nostra lingua materna generalius est, & significans dehonestationem cum vociferatione & iniuriis, denuesto en romance, affrenta, ò iniuria generalmente aura sea conuozes, ò sin ellas, & sic differunt tanquam genus & species: tandem quod nostra lex secunda, dum dicit denostare intelligitur de verbis iniuriolis simpliciter, nempe contentis in eadem l. declarat l. 3. infra eodem. tit. ibi, alguna palabra iniuriosa, ò sea menores de las contenidas en la ley precedente, & l. 4. infra eodem. ibi, y lo mismo mandamos se guarde en las cinco palabras de iniuria, que por la ley segunda deste titulo, se pone pena, &c. non enim l. nostra secunda, nec sequentibus, aliud amplius requirunt, quam quod præd. verba iniuriola contra alterum animo iniuriandi eum proferantur, superest ergo ex supradictis distinctiones Gregor. Lop. & Parladorij, non esse hodie tenendas atq̃ta hac nostra lege Regia secunda.

Sed iam video lectorem desiderantem scire, quid nos teneamus, circa questionem principalem superpositam in titulo questionis, quando verba iniuriola de quibus in hac nostra l. 2. proferuntur contra absentem, an habeat locum eius pœna formalis de desdexise, y de trecientos sueldos, vidimus enim opinionem affirmatiuam super telatam Auendañi, & Didaci Perez, necnon & distinctionem Parladorij, modo videamus nostrum iudicium, & sententiam.

17 Nec semper visum fuit iam diu, & nunc videtur renenda contraria sententia, scilicet, negatiua cum quadam limitatione, de qua statim agemus: nempe quod pro lata iniuria de qua in hac l. in absentem non habeat locum recantatio palinodiz, ex eo quod tunc contumelia dicitur propriè, cum verba iniuriola in presentia alterius fuerint dicta, non alia: ad rationem enim contumeliæ, necessarium est, vt verba presententi dicantur: contumelia, namque ideo dicitur, quia contemptum significat, & honori presentis aduersatur, ideoque vere contumelia presententi fit, in quo differt à detractioe, qua in absentia fit.

Vult enim detractor, verba, quæ profert in absentia aduersus alterum calare, quemadmodum Sanctus Thomas explicat 22. quæst. 72. art. 1. & 9. 73. art. 1. vers. respondeo, Soto lib. 5. de iust. & iur. q. 9. art. quos refert, & sequitur D. Couar. lib. 1. lib. 1. var. resol. c. 11. n. 3. ibi, in quo differt.

Secundo, quia l. nostra Regia secunda require re necessario videtur presentiam partis offensæ adhoc, vt eius pœna imponatur, vt patet, ibi qualquiera que à oiro denostare: sicut DD. notant sumentes rationem ex text. ibi in l. 1. ff. de verb. obligat. præsertim Alexand. n. 17. & Romani.

Si quidem ille, qui prærens non est, non dicitur loqui, nec etiam factum esse presente aliquo, nisi & is intelligere potuerit iuxta glossam, in c. testes 3. q. 9. quam sequitur plures citans Plaza do delict. l. c. 1. n. 2.

Præterea, illa verba, y le dixere, apertius significant requiri presentiam offensi adhoc vt pœna huius l. incurrat, & imponenda sit. ¶ Et quamuis statutum puniens iniuriarum alterum habeat etiam locum iniuriarum absentem, hoc declarant Doctores procedere, nisi statutum loqueretur in casu datio, vt puta, si quis dixerit alicui verba iniuriola, quia tunc requiritur præsentia iniuriati, vt statutum locum habeat, ita cum aliis declarat, & sequitur Farinac. d. 9. 105. n. 84.

Et quamuis etiam in absentia iniuria illa puniendâ sit, vt prædiximus in principio huius questionis: attamen punienda erit pœna arbitraria attentis attendendis non verò pœna contraditionis, de qua in hac l. 2. quæ ex ipsius mente, & verbis minime imponenda est, cum iniuria de qua in ea, presententi fieri præsupponitur: & cum pœna hæc de desdexise sit grauissima, vt potè honoris, extendenda non est ad alium casum, quam in quo loquitur, præcipue cum diuersa ratio sit iniurie absentis factæ: & eius que presententi inferitur; illa siquidem potius detractio dici valet, hæc verò contumelia, vt probauimus, quibus hanc secundam opinionem negatiuam rectissime probauit D. Couar. d. l. 1. variar. resolut. cap. 1. n. 4. in vers. eris verò aduertendum, & Petr. Plaza d. cap. 1. num. 2.

Hæc sententia limitanda iure optimo erit secundum eundem præsumt Couar. vbi supra. quando verba eo animo proferuntur in absentem, vt in eius notitiam proueniant, tametsi eam improbare videatur Parlador. vbi supra, exemplum huius fallentia erit certum, quando iniuriaris diceret, que lo dixessen al absentem, ò que no se le daña nada, que lo dixessen, vel similia verba proferret, ex quibus de præd. suo animo constaret.

Ex eo enim solum, quod cum vociferatione in cœtu verba præd. in absentem proferantur, non rectè videtur constare de præfato animo, nec etiam si coram amicis, consanguineis, vel affinis absentis offensus, verba prædicta dicerentur, si quidem, id repente, & calore iracundia in aduertenter censi dicti potest, potius quam vt in absentis notitia deueniret, nisi aliud constaret.

Et quod adhoc vt iniuriarum agi possit pro iniuria absentis facta, necessarium sit, vt eo animo

17

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

mo conuitia dicta sint, vt in eius notitiam perueniant, & quod hoc facile sit deprehendere ex loco, & personis cum Couar. vbi supra, probat etiam D. Ioan. Vela de panis delict. c. 16. pag. 90. vers. 3. obferu.

SVMMARIVM.

1 Iniuriarum, seu verum conuuium alteri obiicere de maioribus contentis in l. 2. tit. de las iniurias lib. 8. nou. collect. Regie, vt sit puniendus eius panis, & n. seq. vbi distinguitur, & declaratur, & n. 27.

3 Conuuij veritas non eximit ab actione iniuriarum, n. 12. & 13. cum segg.

11 Causa etiam iniustæ excusatur in crimine iniuriarum declaratur, n. segg.

16 In materia concernente peccatum, magis standum est iuri Canonico, quam ciuili etiam in foro Ciuili.

17 Iniuriarum alterum malo animo indebite peperam, & sine iusta causa, sed vt propria ira satisfaciatur conueniri potest, & condemnari actione iniuriarum extra ordinem, licet verum crimen obiiciens in iudicio, vel extra, expedit Republicæ eius manifestatio declaratur tamen numeris segg.

24 Princeps iustum bellum indicens ex odio, vel rancore peccat, licet non teneatur ad restitutionem.

25 Iudex odio vel rancore iustam sententiam profertur peccat, sed non teneatur ad restitutionem, & n. 26.

28 Famosum libellum diffamatorum iniiciens, quantum de iniuria vera, puniatur pœna capitali.

29 Infamans in iudicio aduersarium etiam verò crimine quando actione iniuriarum teneatur?

30 Obiiciens in iudicio aduersus accusatorem vel testes verum crimen, an & quando sit puniendus? & quid in obiicente defectu aduersus electum, vt impediamur electio, vel expellatur à iudicio?

De obiiciente verum conuuium, & iniuriarum alteri.

QVÆSTIO CXXIII.

1 **Q**VERO etiam & septimò, circa eandem legem secundam titulo, de las iniurias y denuestos, lib. 8. nou. collect. reg. An, qui verum conuuium & iniuriam alteri obiicit, sit puniendus pœna huius legis, si conuuium sit de contentis in ea, nempe de desdexise, y pagar trecientos sueldos, vel nullâ, aut qua?

In qua questione prima facie videtur dicendum, hunc offensorem probata veritate conuuij immunem à pœna esse iure communi attentò ex l. eum, qui nocentem in princ. & ibi glos. & Doctores, ff. de iniuriis, cuius verba sunt hæc eum, qui nocentem infamantis, non esse bonum & equum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentum nota esse oportet & expedit: glossa etiam & Doctores in §. 1. infamia de iniur. & probat latè plures Doctores hoc tenentes allegans Farinac. nouissime in 3. tom. sua prax. crim. quest. 105. n. 219. cum sequentibus; qui in principio illius questionem examinasse, imò & iure regio idem cau-

tur l. 1. circa fin. tit. 9. pag. 7. ibi: Pero si aquel que deshonrase à otro por tales palabras, ò por otras semejantes de ellas le otorgase, y quisiese demostrar que es verdad aquel mal que dixo del, no cae en pena ninguna si lo prouase, lege fin. tit. 6. p. 7. ibi: Pero si aquel que ouiesse enfamado à otro quisiese prouar que era verdad lo que auia dicho, prouandolo assi, no aora pena: cuius rei duas rationes assignat d. l. 1. ad fin. La primera es, porque dixo verdad. La segunda, porque los fazedores del mal, ferezelen con lo fazer, por el afrenta, è por el escarnio que retibirian del.

Ex quibus deducitur aperte non habere locum palinodiz recantationem, quoties ille, qui protulit aliquid ex verbis nostri textus, dixit verum, hocque legitime probauit, tunc namque non contradicit sibi, quia cum verum dicit, non est cogendus per sententiam mentiri, nec dicere aduersus veritatem ita in terminis per prædicta videtur tenere Plaça de delict. l. 1. tom. num. 6. qui à num. 3. incipit examinare hanc questionem: sequitur alios referens Parlad. lib. 1. rerum quorid. cap. 17. num. 33. & Olanus in ansinom. iur. littera I. num. 4. cum sequentibus, vbi tenent quod nulla pœna puniatur siue expedit reipublicæ, siue non, sciri talem defectum, & excusari à pœna de desdexise, qui verum dixit: affirmat Auiles in proem. c. prax. num. 20. ex doctrina Sancti Thomæ, quem refert.

Rursus contrarium, imoque veritas conuuij non eximat conuiciantem ab actione iniuriarum, videtur probari in l. 3. C. si rector prouinc. ibi, etiam si verè sint voces &c. per quem tex. hæc videtur esse regula, vt veritas conuuij non eximat ab actione iniuriarum, secundum Felin. in cap. cum te in fia. num. 18. col. final ad fin. de re iudic. ex quo hanc testatur esse communem opinionem (licet hoc non dicat ibi Felin.) Curt. in l. fin. num. 3. ff. quod qui iniur. quem ad hoc benè citat Iulius Clar. in d. §. iniuria versiculo, item quæro: sequitur Bernard. Diaz de Lugo in regula 784. qui post Felin. vbi supra, eam limitat aliquibus modis; sed non sunt verè limitationes, vt ex ipsis patet: & quod puniendus sit pœna ordinaria iniuriaris alterum, etiam si verum dicat, animo tamen iniuriandi, tenet Peguera in questionibus suis criminal. cap. 13. in fine: & hæc secundam opinionem esse communem alios referens cum Minisng. consil. 7. num. 29. affirmat Farinac. vbi supra qui num. 217. alios plurimos eam tenentes & communem profitentes congerit, quando animo iniuriandi conuuium prolatum fuit contra alterum.

Communiter tamen Doctores in hoc artic. 4 in hunc modum distinguunt, vt siquidem interfit Reipublicæ, quod illud delictum sciatur & de regatur, puta quod ille sit homicida, larro, hæreticus, falsarius, &c. non debeat puniri huiusmodi conuuium, licet per accusationem in iudicio deduci nequeat vitium obiicentium: quod si Reipublicæ non interfit, vitium illud manifestari tunc esse puniendum, licet verum sit, vt si quis alteri obiicerit, cornutum esse, filium meretricis, furis, aut senonis, ita Bart. in d. eum, qui nocentem in princip. Petrus Cynus & Alber. in lib. si non conuuij 8. questione. C. de iniur. est communis, secundum Alex. in l. 3. in princip. num. 6. ff. de lib. & posthum. quem refert Villalob. in suo exar. communi. opinio littera A. n. 29. est communis, & vera, vt probat Boer. consil. 4. n. 36. cum segg. sequitur Montalu. in lib. 2. ritul. 3. lib. 4. fori glos. 1. Anton. Gom. cap. 6. de iniuria num. 2. Greg. Lopez in l. 1.

in l. 1. in clausula que es verdad. tit. 9. p. 7. sic intelligens & limitans illam l. Coua. lib. 1. var. resolut. cap. 11. num. 6. communis, secundum Iul. Clarum ubi supra, & alios allegantes Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz in practica criminal. c. 66. lit. P. secundum notam impressionem, & ad regul. 782. in princ. est communis, & receptiori calculo Doctorum recepta secund. Petr. Plaz. de delict. 1. tom. cap. 1. refert plures Didac. Perez in rnb. tit. 8. ordinum pag. 216. col. 1. est magis communis secundum Pi. Richard. lib. 9. commun. opin. versic. iniuriam alicui. pag. 523. in 1. tom. commun. opinion. refert plures Azcu. in hac l. 2. num. 211. & licet hæc distinctio generalitati d. l. cum qui, & actum legum regiarum septimæ partitæ derogare videatur, nihilominus communis est, imo ut inquit, Villalobos ubi sup. num. 28. quem refert, & sequitur Azcu. ubi sup. si bene consideretur d. l. 1. tit. 9. par. 7. videtur hoc idem significare in illis verbis, porque los facedores de mal, se rezelen de lo hacer, dum loquitur iniuria proveniente ex maleficio, & refert plures huius opinionis auctores Farinat. ubi sup. num. 226. ibi, communem quoque, ex alijs profitetur.

5. Requiritur tamen necessario pro 1. medio 5. dictæ distinctio distinctionis, ut tale crimen quod interest reipublice scire, & manifestari probetur ad hoc, ut id obiciens iniuriarum actione, non teneatur, nam si non probetur, utique tenebitur, ut prædiximus, & est communis opinio, ut attestatur Boërius d. consil. 4. num. 36. in fin. & n. 46. & 48. ut referunt Iulius Clarus, & P. Richard. ubi sup.

6. Hæc quamvis, ita se habeant, & frequentiori calculo Doctorum sunt recepta, nihilominus in praxi non sunt admittenda, ut pote iuri naturali, diuino, atque Canonico, & civili etiam contraria: naturali, quod habet indistincte, ut alterum non offendamus, & quod tibi non vis, alteri ne facias lib. 1. ff. quod quisque iur. cap. cum omnes de constit. cap. 1. 1. distinct. Matthæi 7. Marci. cap. 5. qui autem dixerit fratri suo Racha veu erit iudicio, qui autem dixerit faue veu erit gehenne ignis: denique qui vera crimina iniuste prodit detractor est, & delinquit iuxta illud 1. Ioann. 3. & in cap. summa iniquitas 6. quæst. 1. ubique, qui derabit fratri suo homicida est, & ibi Archid. Sancti Thomas 2. 2. quæst. 73. ad primum, dicit detractorem etiam eum, qui vera crimina prodit, quinimo huiusmodi indebite infamans proximum, licet de crimine vero teneatur eidem formam restituere eo modo quo S. Thom. determinat 2. 2. quæst. 62. art. 2. ad secundum, de quo infra differemus.

Iure Canonico attento, etiam præd. distinctio vera non est, eo namque iure alteri iniuriam dicens licet vera sit, non excusatur, cum prius debeat præcedere charitativa monitio, vel correctio, hæc est communis opinio Doctor. ut attestatur Alex. de Nemo consil. 82. num. 5. in fin. teste Iulio Clario in d. §. iniuria in versicul. item quæro in fin. & P. Richard. lib. commun. opin. 1. tom. pag. 523. col. 1. ver. iniuriam alicui. ibi, de iure tamen canonico, & Ignat. Salzed. ad Bernard. Diaz, in d. c. 66. lit. B. in versic. illud equidem, ubi affirmat hanc doctrinam esse celebrem in tribunalibus Ecclesiasticis non vulgariter notandam, eandem proficitur communem plures afferens forma ubi sup. n. 246. iura etiam Civili, idem probatur in d. l. 3. C. si rector provincie. ibi etiam si vere sint voces cum communi opinione sup. recitata ex Curcio, & cæteris.

7. Quare proculdubio tam in iure, quam in præ-

xj est tenendum, quod siue in iudicio, siue extra iudicium conuictum dicatur etiam verum cuiusque notitia, & manifestatio reipublice interfit, prava tamen intentione, atque iniuriandi animo peccatum esse non omnino ab iniuriandi actione liberum: licet enim bonum sit, & reipublice vile nocentum crimina nota esse, & ea manifestari, prauus tamen animus reuelantis, rem efficit iniquam cap. cum ministr. cap. relegendes 23. quæst. 5. seculo tamen iniuriandi animo veri criminis exprobatio, cuiusque interfit reipublice manifestationem fieri, à peccato, & iniuriarum actione immunis erit, siue, id contingat in iudicio, vel extra iuxta quod præd. primum membrum distinctionis Bart. & communis est interpretandum.

Conducat igitur ad præmissa pendere æquo animo, accerrimoque iudicio obiectionem (sic enim præsumptiones, & conjecture deducuntur) veri criminis reipublice perniciosis, tunc de ex iniuriolo animo procedere, quando absque vlla causa, vtilitateve ipsius negotij, quod tractatur in iudicio, vel extra iudicium congerit.

Quod si eadem obiectione, exprobativæ ex iusta causa facta fuerit, æquissimum erit præsumere non animo iniuriandi, sed ex causa contigitale, qui iniuria sine dolo, & animo iniuriandi non committitur, illud relatum, ff. de iniur. & lege, quod reipublice, ff. eod. tit. l. 1. §. 1. l. 3. §. penult. & finali, cum lise 41. ff. eod. tit. l. si non conuictus, C. eod. tit. de iniur. cap. illud. 15. quæst. 1. latè Didac. Perez in l. 1. tit. 4. lib. 4. concl. 939. Posp. Farin. in suis quæst. crimin. tit. de accusat. quæst. 16. num. 67. & iterum in 3. tom. quæst. 105. n. 111. cum sequent. ubi bene hoc declarat.

Et in eo, qui habet aliquam iustam causam, cessat omnis dolus & prauus animus ut in specie id crimen iniuriarum, probat text. in l. item apud Labeonem, §. si quis astrologos, ff. de iniurijs. Ruynus consil. 145. absque multiloquio, num. 144. & sequent. lib. 5. Ioan. Andr. ad specul. tit. de iniur. in princ. in verb. concipiunt versic. au illud conuictum, D. Conat. lib. 3. var. resolut. cap. 11. num. 6.

Imo nedum iusta causa, sed etiam iniusta excusat in crimine iniuriarum, iuxta gloss. parvulum in d. §. quis astrologos versicul. si quis. Oldrad. consil. 53. num. 3. versic. imo quandoque. Paulus Cast. consil. 275. conclus. fin. lal. consil. 153. volum. 2. Alder. in d. l. si non conuictus, col. 4. in princ. C. de iniur. Müllinger. consil. 19. num. 2. quos refert, & sequitur Farin. in primo loco ubi sup. 69. & 69. & in d. 3. tom. quæst. 103. num. 257. cum sequentibus.

Et supradicta resolutio in terminis, de quibus agimus colligitur ex traditis per Oldrad. d. consil. 53. Ioan. Andr. ubi sup. in addition. incip. hac rubric. Abb. in c. fin. de iniurijs, & in cap. cum T. ab, de re iudic. Roman. consil. 96. Rip. in l. ultim. q. 7. C. de reuoc. donat. Nanan. in cap. inter verba 11. quæst. 3. corollar. 63. Luca de Peña in l. errat, C. de castrens. pecul. milit. versic. 9. queritur & 15. Alber. in d. l. si non conuictus, Greg. Lopez in d. l. 1. glossa magna in versic. contrarium videtur. 9. part. 7. Couar. optimè d. cap. 11. num. 6. versiculo, ego quidem & Montal. in l. 2. tit. 3. lib. 3. for. glossa 1. ad fin. Bernard. Diaz in practica. crimin. Canonica cap. 66. in nouis num. 6. Petrus Plaça de delict. lib. 1. cap. 1. num. 3. cum seqq. Didac. Perez in rubric. tit. 9. lib. 8. ordina. pag. 216. col. 2. versic. aut dictum & in l. 2. eiusdem tituli, in glossa, donostiare. pag. 226. col. 1. & 2. Ignat. ad Bernard. Diaz in reg. 784. col. 1. & 2. & nouissimè Azzeud. in hac l. 2. n. 214. & seqq. Vbi

13. Vbi cum Humada in l. 25. tit. 18. p. 2. glossa 1. num. 10. inquit ita in praxi & consuetudine esse receptam, ut etiam si quis verum dicat & conueniat Reipublice manifestari crimen obiectum, si tamen animo iniuriandi id dicat vel fecerit, licet pœna ordinaria non sit puniendus, extraordinaria tamen erit plectendus: & hæc sententia in controuersis forensibus, merito recepta est, ut ansa obiciendi crimina iniquo animo omnino tollatur, licet præd. l. regia 1. part. plurimum retrahatur, secundum Ignat. Salzed. ad Bernardi d. cap. 66. littera B. versic. verum: & ita est tenendum, prout etiam tenet D. Ioan. Vela de pan. delict. cap. 16. pag. 89. versiculo, ego verò tamen si. Gregor. Lopez in d. l. 1. glossa magna, versiculo, sed ut dixi, contrarium teneat in foro contentioso ex d. l. 1. & quamuis Farinat. d. quæst. 105. num. 247. cum sequentibus, relatis hinc inde 13. opiniones diuersas resoluat quod veritas conuicti obiecti in iudicio excuset, quod quidem verum non est, quando animo iniuriandi consuet fuisse obiectum secus alijs.

14. Non obstat d. Leum, qui nocentem in princip. ff. de iniurijs, nec etiam d. leges regie supra in contrarium allegata, nec Doctrina Bart. eiusque distinctio communiter approbata, de qua supra dum probant verum conuictum exprobatem alteri, cuius manifestationem fieri, interest Reipublice eo probato, immunem esse ab actione iniuriarum: quia in primis respondemus, ea omnia intelligenda esse, quando præd. manifestatio & exprobatio ex causa sit absque animo iniuriandi, secundum Couar. & Didac. Perez ubi supra, cuius rei exempla sunt sumenda ex Felin. in d. cap. cum in fine, & Bernard. Diaz d. regula 784. in tribus prioribus limitationibus nempe quando dicitur verum ex causa correctionis, velut proximis afferatur nocumentum corporale, pna su e leproso, vel nocumentum spirituale, ne forte ordinetur, vel ne incapax ad successionem bonorum, quæ habere non potest, admittatur, quæ latius prosequitur Didac. Perez ubi supra, qui expressè reprehendit Gregor. Lopez ubi supra contrarium tenentem attentat d. l. 1. tit. 9. part. 7.

15. Sed quia licet hæc responsio verissima in se sit, attamen quatenus ad dictas leges spectat quæ generaliter loquuntur, videtur diuinotia, violentiamque eidem quodammodo inferre: ideo secundo respondeo ipsas magis attendere ad obuianda & exterminanda delicta à reipublica, & sic ad bonum commune ipsius, quam ad bonum particulare offensi, ut patet ex secunda ratione d. l. 1. in fine, cuius supra meminimus, ibi: Porque los facedores del mal, se rezelen de lo hacer, por el afrenta, e por el escarnio que recibia del (scilicet, pudiendo solo dar en vofro oïros, sin pena prouando solo), hoc autem Christiana religioni non conuenit: nam licet lex illa in hoc respiciat bonum publicum, scilicet ne delicta committantur: postquam tamen fuerint commissa, non licet ea animo iniuriandi delinquenti obiscere, quia esset permittere malum: non enim sunt permitrenda mala, ut inde bona sperentur, nec cum peccato aliquid permitrendum, nempe delictum pro euitandis delictis.

16. Tertio tandem respondemus, quod in materia concernenti peccatum standum est omnino iuri Canonico, etiam in foro civili dicente Apostolo, omne, quod non est ex fide peccatum est, ut in cap. fin. cum siml. de prescrip. Denique sufficienti communis interpretatio nostrorum Docto-

rum ad dictas leges regias supra assignatas. Primo loco, ut euitemus absurdum, repugnantiam & contradictionem cum omni iure: præsertim cum interpretatio ipsa ex iure & ratione sumatur.

Fit igitur ex supradictis, quod iniurijs alterum malo animo indebitè, perperam & sine iusta causa, sed ut proprie ite satisfaciat, conueniri potest & condemnari actione iniuriarum extra ordinem, licet verum crimen obicecit in iudicio vel extra iudicium, & expediatur, vel non Reipublice eius manifestatio: non enim veritas conuicti, ipsam conuictantem eximit à crimine iniuriarum, nec ab eius punitione, ut supra probauimus & probatur in l. Infirmos, C. de officio Reipublice, l. 2. C. quando & quibus pars debeatur lib. 10. & tenent præcitat auctores, & Ignat. Salzed. ad Bernardum Diaz in d. regula 782. col. 2. & Plaça de delict. 1. tom. cap. 1. num. 4. & Azzeud. in present. num. 215. cum seqq. & ita obtinuit praxi, ut prædiximus.

Verum, ut hæc resolutio melius, exactiusque explicetur, & nostra quæstio principalis aptius decidatur: obseruanda sunt, quæ sequuntur tam ex præcedentibus collecta, quam alijs.

Primo peccatum quidem esse non omnino ab actione iniuriarum liberum, conuictum asserum in iudicio vel extra etiam verum, cuiusque notitia Reipublice interfit, animo iniuriandi prava intentione dictum. Nam & si bonum sit, ac Reipublice vile nocentum crimina nota esse, eaque manifestari, prauus tamen animus reuelantis rem efficit iniquam, ut in d. cum ministr. relegendes 23. quæst. 5. Didac. Couar. d. cap. 11. n. 6. versic. ego quidem primum, Ignat. Salzed. ad Bernard. Diaz in regul. 784. col. 1. vnde hic ab iniuriarum actione minime immunis erit secundum Ægid. Bossium in titulo de iniurijs, n. 3. & Couar. ubi supra, versic. primum, post Oldrad. Ioan. Andr. Abb. Roman. & alios supra relatos, & cum eis Didacus Perez in rubrica, tit. 9. lib. 8. ordin. pag. 217. colum. 1. versic. secus.

Secundò, hoc probandum est, veri criminis exprobatone, cuius reipublice interest manifestationem fieri, seculo animo iniuriandi, à peccato, & iniuriam actione immunem esse, siue in iudicio, siue extra, id acciderit, ita Bart. & sequacium opinionum interpretandum esse cenlet Didac. Episcopus ubi supra, d. n. 6. versic. 2. opinor, Ignat. etiam ubi supra.

Tertio, tunc demum obiectionem veri criminis, & reipublice perniciosis, ex iniuriolo animo procedere, quando absque vlla causa, vtilitateve ipsius negotij, quod vertitur in iudicio, vel extra contingerit: quod si ex iusta causa, exprobatio facta fuerit, præsumendum erit, non animo iniuriandi id contigitale, ut constat ex additione, Bart. in d. l. eum, qui nocentem in princip. lit. H. ff. de iniurijs, & ex pluribus authoribus deducit, & probat Couar. ubi supra, versic. 3. ad præmissa, & sequitur Ignat. ubi supra, quod verum est, præterquam si vel ex rixa, aut verbosa litigantium contentione, aut ex alijs coniecturis iudex perperiter animo iniuriandi, id processisset secundum Couar. ubi supra, num. 6. versic. illum.

Facilius tamen præsumitur animus iniuriandi extra iudicium, quam in iudicio ex veri criminis, aut vitij obiectione, cuius reuelatio vtilis est, vel reipublicæ, vel proximo secundum Couar. ubi supra, versic. quintum.

Tamen relatio extra iudicium etiam sic.

ri possit absque iniuriarum crimine, eiusque punitione, vel ob ipsius criminosis correctionem, vel reipublicae, aut proximi necessitatem, aut utilitatem, curare tamen id agendum est, ut tunc, & sine peccato id fieri possit: non enim legitur, actioni iniuriarum locus non est, igitur nec detectio criminis peccatum habet, siquidem crimen occultum, etiam si probari possit, non est detegendum saltem extra iudicium apud eos, poenas quos delinquens infamatus non est, si damnum reipublicae, vel proximi, aliter quam ea reuelatione cuitari queat, cum ob solam utilitatem reipublicae, etiam si probari non sit alterius famam veri criminis reuelatione laedi: haec namque inconspicua detractio peccatum est, ex quo tenetur, quis famam alterius restituere, secundum D. Thom. & Caiet. 22. *quasi. 62. art. 2. ad secundum*, etiam si probari possit, ne ita famam restituat, ut se mendacem esse profiteatur, ex eisdem, & secundum Maior in 4. *distin. 15. quasi. 16. col. 4.* & vtrumque sequitur circumspicissimus, D. Couar. *d. num. 6. versic. 6.* resoluens, hoc casu iniuriarum actionem non dari, nisi prava intentione, ex probatio veri criminis fiat, tunc enim peccatum erit, licet ad restitutionem famae non teneatur cum mendacio, & primum dictum probavit Did. Perez in *rubr. tit. 9. lib. 8. ordin. pag. 216. colum. 2.*

23 Quarto obseruandum est, cum, qui verum alterius crimen illi ex iusta causa exprobauerit prava tamen intentione, minimè ab actione iniuriarum liberum esse, imò grauius peccare, licet ad famae restitutionem non teneatur, cum ea non oriatur ex vitiosa intentione, ita Adrianus Quodlibet. 11. *lit. R.* quem sequitur Nanar. in *cap. inter verba 11. quasi. 3. corollar. 70. D. Couar. ubi supra, num. 6. versic. 7.*

24 Ex quo deducit Adian. quod si princeps istam haberet causam bellum inducendi alicui oppido, vel prouincia, si tamen id inferat ex odio, vel rancore, peccat quidem, quia iniuste agit, non tamen contra iustitiam commutatitiam, & ideo damna belli non tenebitur restituere. *f. Deducit secundo Ignat. eadem ratione iudicem, qui iuste deberet Titium in centum condemnare, si tamen id faciat ex odio, iniuste facere, peccareque, sed quia non iniuste, ad restitutionem non tenetur.*

26 Idem erit in quacumque alia sententia iniuste profertenda, vel alio quolibet actu iniuste gerendo, votove ferendo contra alterum, licet enim id iniuste fieri possit, si tamen ex odio, vel rancore fiat, peccabit hoc faciens contra charitatem ratione mali animi, non tamen contra legem iustitiae, ac proinde ad restitutionem non tenebitur.

27 Quinto, vt ad nostram quaestionem principalem respondeamus, illud ad praxin & intellectum nostrae l. regia. 2. tit. 10. lib. 8. *noua collect. reg. summopere* probandum erit: poenam nempe palinodiam canendi, si sequitur mentitum fuisse assertendi coram iudice, & honestis personis statutam. 1. nostra l. contra eum, qui alteri extra iudicium prauo animo in rixa, manifestam iniuriam inferendi intentione aliquod de contentis in nostral. conuictum dixerit, tunc demum locum habere, quando quis conuictum falsum obiecit.

Secus verò est dicendum, si praed. conuictum verum sit, siue eius manifestatio utilis sit reipublicae, siue non stante enim veritate conuicti non habebit locum praed. poenam modo relata, de *deser. vt ex praecedentibus patet: licet extra*

ordinem is a iudice puniendus sit iniuriarum actione, vt deducitur a mente D. Thomae 2. 2. *q. 62. art. 2. ad secundum*, communiter receptis secundum Nanar. in *man. cap. 10. num. 45. qui & si, qui falso, & iniuste famam alterius abstulit, teneatur restituere famam confitendo se falsum dixisse, tamen, si id fecit verum dicendo, sed iniuste, puta cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum, tunc tenetur ad famae restitutionem, quantum potest sine mendacio, tamen esset enim mendacium apertum, cum verum est crimen obiectum, dicere obiectum, falsum dixisse, atque se mentitum fuisse: non enim licet, mentiri etiam pro salute totius mundi, vt affirmant. Sanct. Thom. & reliqui, & in terminis hanc resolutionem modo praecedentem tenet insignis Couar. *ubi supra. d. lib. 1. variat. resolut. cap. 11. num. 6. versic. primum. & num. 7. versic. octauo, & Dominie a Soto lib. 1. de iustit. & iur. quasi. 6. art. 3. pag. mibi 33. colum. 1. Nauar. in num. cap. 18. num. 28. idem Sotos de ration. tenend. & deteg. secret. in 2. quasi. 1. *conclus. 5. sol. 9. col. 1.* & late Petrus Plaza, *d. cap. 1. num. 6. & 7. Ioann. Vañez Parlad. lib. 1. verum quod. id. cap. 17. num. 33. Auiles in praxin. circa praed. num. 20. ad fin. Ignatius Salzedo, in addit. ad Bernard. Diaz in regul. 784. illatione 5. Alcozer in suo confessionario, cap. 22. fol. 80. col. 1. Eman. Rodrig. in sua summa. 1. tom. cap. 233. in tertia *conclusi. 3. in princip. & plures referens Petrus Nauar. lib. 2. de restitu. cap. 4. num. 379.* dicens, quod ita fatentur omnes, quos in se legitur id, quod in praxi approbatur, secundum Hamad. & Azueu. *ubi supra. num. 216. & seq. vbi que extra ordinem est puniendus: est quam profecto verissima, & communis atque in praxi quotidie recepta haec doctrina, atque ita proculdubio tenenda, iuxta quam semper soleo consulere: tamen Greg. Lopez in d. l. 1. *1. gloss. versic. quid tamen tit 9. part 7. de hoc dubitet: & quamvis Anton. Gomez 3. tom. var. resolut. cap. 6. de iniuria. num. 1. licet praed. communem sententiam sequatur, quoties expedit reipublicae manifestari crimen verum obiectio, contrarium probet, si illud verum sit, nempe vt tunc teneatur canere palinodiam sequeque mentitum esse profiteri: quod quidem falsum prorsus est, vt constat ex supradictis, vtroque enim casu probata veritate criminis obiecti indistincte locum non habet poena canendi palinodiam, de qua in nostra l. licet aliam extra ordinem puniendus sit huiusmodi offensor; quod praeterea probatur in l. 46. tit. 2. pag. 361. E. *dicendo contra otro, que es su seruo, o lo infamando diciendo dol otro mal ante les bmes: ca en tales cosas como estas, d'en otras semejantes delus, a quel contra quien son dichos, puede yr al inez del logar: e pedir que confirtia a quel que las dixo, que le haga demanda sobre ellas en juyzio, e que las prueue: o que se desista de ello, o que le haga otra emienda qual el juzgader emendare que sera guisada:* Ergo probatis verbis iniuriae, no se ha de desistir, quod etiam proculdubio indistinctè, & generaliter probatur in d. l. 1. tit. 9. part 7. & l. fin. tit. 6. part. 7. in verbis supra, relatis.*****

Sexto, vt materia haec radicatus enucleetur, obseruandum erit, quod si quis famoso, quod aiunt libello, potius quam iusta delatione, alterius opinionem laeserit, vera illius crimina manifestans capitali poena erit puniendus: oportet namque, idque magis publice utilitari conuenit, viros sceleratos, potius accusationibus ad iudicem

ccm deferri, quam famosis libellis extra iudicium in maxime omnium perniciem infamari, & hac ratione optime procedit decisio text. hoc disponentis in l. 1. *C. de famosis libellis.* vt declarat late, & expresse decidit l. Regia 3. per totam, *titul. 9. part. 7. vbi in fine, reddit rationem, quare probatio hac in specie contentorum in libellis infamatoriis admitti non debeat, scilicet. Porque el mal que los homes dicen en los otros por escrito, & por rimas es peor, que aquel que dicen de otro guisa por palabra, porque dura la remembranza dello pora siempre, si la escritura no se pierde, mas lo que es dicho de otra guisa por palabra oluidase mas ayta.* Didacus ubi supra, *d. lib. 1. variat. resolut. cap. 11. num. 6. versic. secundo, lauis Plaça dicto cap. 1. man. 5. & cap. 3. per totum.* Anton. Gomez 3. tom. variat. resolut. cap. 6. de iniur. num. 1. *lul. Clar. in practica crimin. §. final. quasi. 68. versic. libelli famosi, Farinac. in quaestioibus criminalibus. quasi. one 42. num. 11. cum seqq. & plurimos alios citat idem Farinac. dicto 3. tom. questione 105. num. 241. vbi de communi ex aliorum testimonio testatur, sed num. 241. refert alios Doctores tenentes contrariam opinionem, quando libellus famosus continet conuictum, quod expedit Reipublicae illud sciri & notum esse, vt tunc scilicet veritas conuicti probati excuset, & num. 243. cum sequenti, agit, an hac ultima sententia procedat de iure Canonico necne, & referens alias, duas opiniones contrarias in hoc num. 244. resolut. dicens Doctores quidquid iurati semper sibi fuisse durum crede, quod iura ciuilia seu Canonica permittant posse per libellum famosum famae & honori alterius detrahi, & post detractionem ad effugiendum poenas possit idem detrahens dicere, se velle probare contenta in libello esse vera: & quod propterea non immerito ista controuersia fuit sublata per sanctissimum Pontificem Pium V. sua super eius constitutioe lata, qua, caueatur poenam libelli famosi locum habere, etiam quod in eo fuerit vera expressa, idem probat num. 248. dicens quod ita seruatur in practica, tam de iure ciuili, quam Canonico.*

29 Septimo, ex supradictis apparet puniendum etiam esse eum, qui in iudicio aduersarium infamauerit exprobandis illi verum etiam crimen, quod tamen nihil ad propria iniuriae comprobationem, vel defensionem attinet: ex hoc siquidem animus prauus deprehenditur, & ideo iniuriarum actione, is tenetur l. *quisquis, C. de postuland. nec quicquam refert, expedit Reipublicae, an non ad crimen manifestari ita D. Couar. ubi supra, versiculo tertium, & Plaça dicto cap. 2. num. 4. in 3. *concl. & Ignat. Salzed. ad Bernard. Diaz in regula 784. versiculo secundo, ex his & Farinac. ubi supra. d. questione 105. num. 239. vbi plures alios citat.**

Idem erit etiam, si veri criminis exprobatio in iudicio facta pertineat ad ipsius causae decisionem, si vel ex rixa, aut verborum litigantium contentione aut ex aliis coniecturis iudex collegerit exprobatorem huiusmodi animo iniuriandi processisse, secundum Didac. Couar. *ubi supra, in versiculo 4. facilius tamen animus iniuriandi extra iudicium, quam in iudicio praesumitur ex veri criminis, aut vitij obiectione, cuius reuelatio utilis est vel Reipublicae, vel proximo, secundum eundem Didac. ubi supra versiculo, quintum, & diximus supra, num. 21.*

30 Octauid, tandem ex superioribus deducitur minimè esse puniendum illum, qui in iudicio ad repellendum accusatorem, vel testes, defe-

ctus, vel crimina obiecerit, dummodo legitime probet, aliàs secus: is enim non nocendi animo, sed vt propria causa consulat fecisse intelligitur, vt tenet Oldrad. *consil. 53. conuenit dubitari Ioan. Ande. in addit. Specular. titulo de iniur. est communis, vt plures allegans affirmat Didac. Perez in l. 1. in glossa verbo saccha o testigos, col. 939. versiculo, postremo, tit. 4. lib. 3. ordinament. & Ignat. Salzed. ubi supra, versiculo tertio ex hoc deducitur, & licet de generali consuetudine Regni Franciae & si nihil probauerit obiciens crimina contra testes, minimè teneatur secundum Boet. *consilio 4. num. 49. neque vnaquam vidisse procedi contra illum qui contra testes crimina, vel alios defectus obicit in Mediolanensi Ducatu, testetur Iul. Clar. lib. 5. recept. sentent. §. fin. quasi. 53. & communem plurimos referens Farinac. ubi supra, num. 253.**

In Hispaniarum tamen Regnis praxis forensis communem praedictum sententiam recipit, secundum Ignat. Salzed. *ubi supra* critique vitiose protestari in hac specie de animo non iniuriandi, vt per doctores vbi supra praecipue Guiliel. & alios in l. fin. ff. *quod quisque iur. & Socin. consil. 118. num. 5. lib. 1. vbi praefatam sententiam dicit communem & veram & Perr. Gregor. in synagoga iur. vniuers. par. 3. lib. 38. cap. 5. num. 6. aduersus alios tenentes sufficere praed. protestationem, licet non probatur obiectione protestario, ergo siue probatione non reuocauit, vt constat ex plerisque & Socin. *d. consil. 118. col. 3. & 4. & est verior & communis plures referens probat & testatur Farinac. ubi supra. d. q. 105. num. 236. cum seqq.**

Hinc etiam est, quod aduocatus seu pars obiciens defectus aduersus electum, vt impeditur electio, vel vt repellatur a iudicio, quia est excommunicatus, si probet coniecta, non tenebitur actione iniuriarum, quia id facit iure permittente pro sua vel sui clientuli defensione, vt in specie probat Didac. Perez in *rubrica tit. 9. lib. 8. ordinamentis pag. 216. col. 1. circa fin. versic. ex quo inferitur, idem asserens respectu repulzarum coniecturarum contra testes, de quo supra.*



SUMMARIUM.

1 *Fama restitutio, quomodo sit facienda ei, cui animo iniuriandi verum crimen obiectum fuit, & numeris sequentibus.*

QUESTIO CXXIII.

De restitutione fama infamato facienda de vero crimine.

QVæRO modo, in quaestione praecedenti resoluimus eum, qui verum crimen alteri obiecerit animo iniuriandi, hinc in iudicio, vel extra probata veritate criminis, non teneri palinodiam canere confitendum se falsum dixisse, aut mentitum fuisse, sed teneri ad famae restitutionem, *f. nunc oportum haec quaestio expocit, quomodo in hac specie famam restituere oporteat, vt conscientiae consulatur & fatissat pro eius introductione, atque intellectu obseruandum est, nos hic agere, quando proficitur crimen alterius occultum, quod est verum; nam*

fi est publicum & notum his, coram quibus dictum fuit, quamvis pravo animo iniuriandi, iam non dicitur occultum prodire, nec detegi, ac proinde licet peccatum admittatur, propter malum animum, vt in *quæst. præd.* resoluitur, nulla tamen fama restitutio est faciendæ, cum ea non sit sublata per conuictum verum prolarum notum illis, coram quibus dictum fuit: & ita sunt intelligenda quæ sequuntur: hoc sic præhabito in quæstione præmissa.

2. D. Thomas 2. 2. *quæst. 62. art. 2. ad secundum*, à nobis sæpe in quæstione præcedenti, allegatus in hac materia in tertio membro suæ distinctionis inquit: quod quando quis alteri famam abstrahit verum dicendo, sed iniuste: puta cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum tenetur ad restitutionem fame: quantum potest, sine mendacio tamen, vt potest quod dicat se malum dixisse, vel quod iniuste eum diffamauerit: vel si non possit famam restituere, debet eum aliter compensare, sicut & in aliis dictum est, idem D. Thom. in *quarta sententia, distinctione 15. quæst. 2. art. 5. ad secundum*, & Scotus eadem *dist. quæst. 4. & D. Thom. est communiter receptus in hoc secundum Nauar. in man. cap. 18. num. 15.* & omnes ferè antiqui idem iudicarunt, secundum magist. Michael Salon *de iust. & iur. in 2. 2. D. Thom. quæst. 62. art. 2. de restitutione fame controuers.* 25. col. 677. *versic.* D. Thomas vbi quod secundum eos debet huiusmodi infamans adire eos, apud quos occultum fratris sui delictum propalauit, & affirmare, quod modo retulimus ex D. Thom. cuius in hoc doctrinam citat & sequitur etiam D. Covar. *lib. 2. var. resol. cap. 11. num. 6. sub versic. ult.* & Greg. Lop. in *l. 1. gl. magna vers. in cogita. tit. 9. part. 7.* & Auiles in *proem. circa Prætorum gl. 1. num. 20. ad fin. Ignat. Salzed. in addit ad Bern. Diaz in reg. 784. ille scilicet est communis vt plures allegans testatur Petr. Nauar. *resol. lib. 2. cap. 4. n. 378. cum seq.**

3. Hostiens. verò in *summa de penit. & remiss. in versiculo, quid de accusatore:* inquit hoc non sufficit. Quinimò Caietan. super D. Thom. *dicto articulo 2. ad secundum*, & post eum ceteri censent: quod si illi, coram quibus præd. fama restitutio faciendæ est, sunt personæ, aliquid ingenij, & notitiæ de modo restituendi famam, habentes, talis restitutio non est faciendæ, quia magis esset confirmatio primi dicti, quam restitutio fame, sicque citius & sapius noceret, quod omnes posteriores sequuntur.

4. Quare Ioan. Maior in *d. dist. 116. col. 4. asserit*, oportere & satis esse, ita dicere: quando tale delictum de tali dixi illud verum existimabam, sed adhibita postea diligentia inueni me prave loquutum.

5. Hic tamen modus, licet apud rusticos & simplices vili sit, & sufficiens, quia sine mendacio: eo namque audito credent, nisi sint sagaces & perspicaci (vt plerique hodie præcipue in similibus noxiis & malitiis sunt) credent fratrem illum, nihil tale commississe: at tamen apud sapientes, prudentes & doctos viros, potius est confirmatio præcedentis dicti, & commemoratio iniuriæ illatæ, quam retractatio seu honoris restitutio, vt dicebamus cum Caietano de prioris modo restituendi famam: homines enim, vel mediocriter instituti, cum intelligant eum, qui falsum crimen fratri imposuit, teneri ad se ipsum aperte retractandum, & affirmandum se esse mentitum, videntes illum infamatorem hoc non facere, sed illud tantum vidisse, se iniquè & in-

iuste fuisse loquutum, vt per D. Thomam vel id, quod Maior assererat, firmius credent, verum esse delictum illud, quod antea de fratre illo retulerat, vel illi obiecerat in opprobrium: quare prædictos duos modos restituendi famam proximo in nostra specie, non probant recentiores vt constat ex ipsis.

6. Similiter, nec tertium dicentium, debere infamatorem tunc vt amphibologicis verbis, vt sic ipse non mendatur, & tamen alij arbitrari possunt fuisse mentitum, quoniam eodem anoto laborat hic modus, quo priores, & reuera, præterquam, quod hoc genus mendacij esset, nihil vtilitatis afferret.

7. Quare obtinuit apud modernos alius quartus modus huiusmodi, vt infamator coram eis, apud quos proximum sic diffamauit, debet tacendo de priori dicto (hoc est) consulto, laudare (cum veritate tamen) personam illam à se sic offensam, pluries declarando, vel asserendo, quod credat ipsum virum bonum, & curare, vt sic habeatur ab illis: cautè tamen, ne videatur hoc facere pro restitutione, quia alias esset infamatiæ confirmatio, seu reiteratio: & quamuis inde alij, eo quod non se retractat, colligant verum non tamen amplius ipse facere valet; huiusmodi author fuit Caietan. vbi supra versiculo in eadem responsione ad secundum: sequitur Dominicus à Soto de *instit. & iure, lib. 4. quæstione 6. artic. 3. in quarto argumento in versiculo, sed venera*, ibi: ob idque idem Soto de *ratione regend. & de regend. secret. quæstione secunda primi membri fol. 9. colum. 1. in quinta conclusione*, & Nauar. in *manual. dicto cap. 28. sub num. 45. versiculo, qui modus ibi*, apud quos præstare Cordouæ & Mercado relati à Petro Nauarra *lib. 2. de restitutione cap. 4. num. 379.* estque hic modus magis receptus à Doctoribus recentioribus secundum Magistrum Salon *vbi supra, colum. 678. versiculo Caietanum hic innot. colum. 683. in versiculo, ex his modis:* & hic modus restituendi famam in hac specie videtur magis idoneus, secundum Ludouic. Carbo de *restitut. quæst. 18. vers. 4. conclusio pag. 112.*

8. Verum, quod ego colligo, primus modus D. Thomæ supra relatus communis omnium prope antiquorum est, & magis receptus, isquam verissimus & sufficiens, nisi malitia hominum creuisset quapropter & si eum non reiciam, imò credo eum, qui eo vltus fuerit tutum remanere in conscientia.

Modus Caietani & sequacium prænaratus receptus videtur à recentioribus & magis conueniens, nec non & satisfactorius, ac proinde probabilior; tamen si eum improbet Salon *vbi supra dicta col. 678. ad fin. sed quod sit magis idoneus, asserit Carbo de restitu. quæst. 18. col. 4.*

9. Sed post antiquos & recentiores Theologos, infurreverunt nouissimi alij, qui nimis acuentes ingenium, censent hunc infamatorem, de quo agimus, debere his, quibus occultum fratris delictum inique reuelauit, affirmare se falsum & mendacium dixisse, quod probare ex sequentibus nituntur.

10. Primò, quia diuersa sunt, affirmare fratrem, nihil tale fecisse: & affirmare, se falsum, & mendacium protulisse. Primum namque nullo modo licet affirmare, cum verè id fecerit frater, secundum verò bene licet, quia non est mentiri, sed verum asserere, licet vtatur verbis æquiuocis & ambiguis: cum enim aliquis iure potest, vel debet occultare aliquam veritatem, eodem

eodem iure licet illi vt prædictis verbis ambiguis & æquiuocis quibus in medium prolatis, propter varios illorum sensus, veritas illa occultatur absque mendatio, acceptis quidem in alio sensu ab audientibus, quam à dicente profertur, qui est etiam verus quoad ipsum profertentem, exemplo rei contra ordinem iuris interrogati, nec non & testis, qui contra iuris ordinem compellitur testimonium dicere: in vero delicto fratris possunt enim huiusmodi vt verbis ambiguis, quibus ab ipsis in vno sensu, sed vero prolatis decipiant iudicem alio sensu illa accipientem, vt latè resoluitur supra alia quæstione. Similiter in confessario, qui à tyranno cogetur reuelare confessionem aliquam, idem probandum, nec non in clerico, qui à iudice cogetur dicere testimonium in causa sanguinis: & in huiusmodi deceptionibus non mentitur, qui ita loquitur, cum verba ipsa in aliquo sensu sint verita, nec ipse dicitur audientem cum non teneatur illi aperire veritatem, sed occultare potius, & audiens se ipsum decipit accipiens illa in alium sensum, cui non tenetur illa verba profertent se conformare: ergo cum infamator teneatur fratri suo famam restituere commodiori via, qua poterit absque mendacio vt per D. Thom. *vbi supra*, communiter receptum, & nulla alia melior sit hac, vt patet ex prædictis: ergo hæc est adimplenda & iniungenda.

12. Secundum & clarus huius opinionis fundamentum est, huiusmodi: quemadmodum duplex est verum, aliud speculative, & aliud practicum: speculative, quod consistit in adæquatione rei ad intellectum: ab eo enim quod res est, vel non est, conceptio intellectus nostri sicut & oratio dicitur vera, vel falsa: practicum autem verum est, quod consistit in adæquatione iudicij, vel operis ad voluntatem rectè ratione gubernatam, circa quod verum verfatur prudentia, vt docet Aristot. *6. ethic. c. 2.*

13. Ita quoque duplex est falsum, vel mendacium, aliud speculative, quod consistit in dissimilitudine rei ad intellectum, vnde prodit illud proloquium, intellectus intelligens, vel iudicans aliter, quam res est, fallitur; practicum verò falsum vel mendacium dicitur, quod consistit in dissimilitudine rei, vel actus ad voluntatem rectè ratione gubernatam, consonatque cum appetitu pravo, in quo falsum inclinat ex eodem Aristotele: vnde opus, vel dictum iniquum, & contra rectam voluntatem & rationem dicitur verè falsum practicum: ergo iuxta hanc distinctionem falsi speculatiui & practici, potest excusari à mendacio huiusmodi infamator, dicendo se falsum dixisse, nempe reuelando prius crimen occultum fratris iniuste, quamuis verum commisit falsum practicum, licet speculative dixerit verum: & quando an restituendam famam, affirmant se falsum & mendacium protulisse non mentitur, sed asserit verum, cum eius dictum præcedens, quo eum infamauerat fuerit iniquum, & omnis iniquitas loca sacre Scripturæ, in quibus veritas pro bono opere, ac falsitas & mendacium pro peccato sumitur, quæ congerit Salon *vbi supra, colum. 681.*

His fundamentis fertur hanc nouissimam opinionem, probasse Melchior Cano in lectura dicti articuli D. Thomæ & patre Manso, dum eundem Compluri explicaret, & aliis doctissimis viris teste Salon *vbi supra, colum. 679. vbi & in sequentibus eam latius comprobatur, eandem Praxi Criminali.*

nouissimè sequitur alios allegans Emanuel Rodriguez in *sua Summa 1. tom. cap. 233. conclus. 2. num. 3. dicens, que pueno este tal infamador de xir que mintio, entendiendo que falso fuera de los terminos de la ley diuina y natural, como aca solosmos de xir, à fulano se le mintio el brazo, que quiere de xir que se le desconterro, y falso de su natural encaje, y que assi lo explico y defendio publicamente en un acto mayor el padre fray Luis de Leon, presidiendo en el en la Vniuersidad de Salamanca, y que arguyendo contra el todos los Maestros que estau presentes, especialmente fr. y Barolome de Medina se conuenio y confesso publicamente, que el dicho presidente tenia razón, y lo puso despues en su Summa lib. 1. cap. 14. §. 34. & §. 31. versiculo cabeça 7. regula 4. y que le signe Nauarra, confirmandola con algunas razones muy doctas, lib. 2. de restitutione cap. 4. numer. 579. cum sequentibus, y el padre. Enriquez en su Summa lib. 2. de penitencia cap. 12. n. 6. qui idem probant.*

Mihi autem nouissimo, & minime Scriptorum, hæc vltima opinio salua eius authorum pace, non placet, quin potius videtur speculatiua & in scholis, actique publicis subtilitabilis, non verò tenenda in actu practico, ant consulenda à confessariis, ne suos penitentes faciant infamati de mendacio ex sequentibus.

Primò quoniam negari non potest esse hanc posttètam opinionem contra doctrinam communem & receptissimam D. Thomæ in *2. 2. quæstione 62. art. 2. ad secundum*, vt in *quæst. proximè præcedens*, asseruimus, atque latè probauimus, asserentis istum modum restituendi famam, affirmando, se dixisse falsum, illi tantum infamatori tribui, qui alteri crimen aliquod falso imposuit, non verò illi, qui verum, quamuis inique reuelauit, at si iste modus in hac vltima specie esset accommodatus, docuisset illum Sanctus Thomas cum optime sciret distinctionem falsi speculatiui, & practici, cum ergo illum non docuerit, sed potius indistinctè contrarium, nempe restituendam esse aliter famam, modo quo prædiximus in principio huius quæstionis, sine mendacio tamen, vt idem D. Thomas exprimit communiter quoque receptus: ergo opinio hæc nouissima sustineri non potest.

Nec quicquam præstat solutio & responsio ad hoc primum fundamentum à nouissimis præstita, nempe asserendo infamatorem, se protulisse falsum eo modo, quo ipsi exponunt, vt supra in secundo fundamento suæ opinionis: nullum, vt constat, dici mendacium, imò verè loquitur: nec quia docet Sanctus Thomas, quod prædiximus de modo restituendi famam, falsum infamatorem, sequitur, non licere infamatori, qui verum inique detexerit, dicere, se falsum dixisse, quia D. Thomas in hoc proposuit doctrinam suam tantum tempore receptam.

Non obstat inquam hoc: quia in primis, quatenus attinet ad primam partem huius responsionis diluitor facilliter, considerando, quod secundum puritatem: sinceritatem atque integritatem & communem sensum verborum prolatorum in rei veritate non bene se compatiuntur, aliquid esse verè criminofum, & qui hoc protulit cum veritate dicere postea sine corruptione ipsius, falsum in hoc se prius dixisse, vt patet ad oculos: at verò illud de falso speculatiuo, & falso practico, magis menti, quam verbis conuenit, estque prauaricare, atque adlterari proprium sonitum verborum, & viis & modis

exquisitis illudere, atque subterfugere eorum propriam significationem: quod si adhuc concedamus prædictam distinctionem, potius subtilis speculativa & metaphysica est, quam practica & existens.

Denique, quantum ad secundam partem responsionis, bene constat ex ea insufficientem esse, quando quidem solum concludit D. Thomas tantum proposuisse doctrinam suo tempore receptam: nam cum ipsa in se vera sit, dicere prius verum, & postea illud retractare, quid quæso est quam repugnantia expressa, duo enim contradictoria in sensu perfecto non possunt esse simul vera: & tandem cum suo tempore & postea utque modo se recepta, non licet ab ea, per notas & periculosas, vel saltem contra communem sensum & sonitum verborum adinventiones, recedere.

Secundo contra præd. nouissimorum opin. moueor, quoniam, si ea vera foret, sequeretur inde nullam esse discrimen inter restitutionem famæ falso & verè ablatæ, sed iniquè læsæ, hoc tamen est absurdum, ergo, &c. Nec obstat si respondeatur huic fundamento, aliquod nempe esse discrimen: nam qui falso infamauit, debet dicere aperte se esse mentitum & infamatum nihil tale commississe: in secundo vero casu infamator tantum debet dicere, se falsum protulisse: siquidem, idem est utrumque, & præterea in priori casu, non est amplius dicendum, quam quod falso dixit, ut per Sanctum Thomam & omnes, quia in hoc reliquunt subeludatur, sicut in secundo casu: nec perisitat aliquis dicendo, nihil interesse quod utroque casu eadem restitutio famæ iniungatur, hoc enim, quantum distat ab ipsa veritate, quilibet sanæ mentis iudicare facile poterit: siquidem tantum distat inter hos casus, quantum verum à falso.

Tertiò ex eo prædicta nouissima sententia confunditur, quod secundum eam confundatur etiam restitutio famæ utroque casu, si promittitur in utroque eodem modo restitui debet. Quinimo apud Theologos peritos, qui hanc doctrinam nouam callent, & omnes eorum auditores & rectores, quin etiam & pænes cæteros homines, qui à peritis edocentur, & in dies magis & plures per eius promulgationem edocentur, non erit sufficiens prædicta satisfactio retractationis, cum possint intellegere, & intelligant, semper esse adinueniam & consuetam ad satisfaciendum verbis, non verò re ipsa, & sic subterfugium esset potius, quam realis satisfactio, ac proinde infamatum verè crimen illud commississe, non obstante prædicta satisfactio, sique pænes eos remanebit etiam infamatus, tandem non distinguetur vera satisfactio à consuetà & confusio utriusque fiet, quod est perniciosissimum in Respublica Christiana.

Nec quicquam valet solutio prætena ad hoc fundamentum, siquidem ex eo iam vides, plurimos etiam indoctos eandem euasione scituos: denique non obstat, quod vir Theologus quamuis hoc calleat, teneatur in conscientia suspendere actum & iudicium, an infamatus commiserit tale crimen, vel non: quod si aliud faciat contra infamatum, hoc malitia ipsius imputeatur, infamatus namque iam fecit, quod in se est: quoniam negari non potest, quin hoc sit, laqueum inicere Theologis, nouis atque nociuis excogitationibus: hoc autem non licet.

Quarto, aduersus præfatam nouissimorum opinionem considero, & quidem vrgentissimè

quod communiter infamati remaneant prædicti infamatores, dicendo se falsum dixisse cum tamen aliàs iuxta solidam & veram Theologiam minimè teneantur affirmare se falsum dixisse, nec mentitos fuisse, quando crimen obiectum, suè conuictum est verum, ac proinde excluderentur à dignitatibus & officiis publicis, & à testimonio ferendo in causis iudicialibus, hoc autem, quantum abhorreat à recta & naturali ratione nemo ignorat: præsertim inter Hispanos, apud quos est notabilissima infamia quem se retractare, ac dicere falsum se prius dixisse, & haberi pro mendace, eliger siquidem vitæ honestus & grauis, quoduis aliud crimen de ipso potius dici, quam quod si retractauerit hoc est, que se desilio, quod autem sit reputata communiter pro maxima infamia hæc scilicet, *desdearse vn hombre honrado, diciendo que mintio, è dixio falso en tal asenta que dixio, è hizo à oro*: apertum est, & illa dicitur infamia facti, quæ pro tali communiter reputatur, ut quam plurimum probari potest: ergo habemus intentum.

Nec satisfacit responsio à contrariæ partis authoribus, huic fundamento accommodata, quæ habet quod quando ipse restituens famam, periclitatur de maiori infamia standum est arbitrio prudentum & componenda equitate famæ utriusque esse iudicandum.

Hæc namque euasio solum trahit infirmitatem responsionis, innuitque clarè vim argumenti contra se, si quidem diuersa causa est veri criminis exprobatio, de quo hic agimus, à falso de quo hic non agimus.

Denique & quinto, non parum conducit, pendere nullo iure cauere, nec saltem aliquo solido fundamento probari posse, quod exprobatum verum crimen alteri, teneatur coram eisdem asserere se falsum dixisse: quare igitur ex capite ferè cum tam graui damno inducenda est obligatio adeo pænalis restituendi famam, recedendo à communi doctrina S. Thomæ communis omnium magistri, & reliquorum?

Sexto in summa, moueor: quia utcumque sit, cum verum dixerit infamator, quamuis iniquè dicere postea, falsum dixit, directa profecto contradictio verbalis atque literalis est, secundum communem verborum sensum & intellectum, ut patet, qui in iudicando attendendus est cap. ex litteris el primo, de sponsalibus, ibi, *ad communem verbi intelligentiam recurramur*: congerit plurimos in proposito Mexia in lib. regia Toleti, de los terminos, in primo fundamento secunda part. num. 6. cum sequentibus, ac proinde nullo modo consulenda, nisi malueris plures receptissimas & veras sanctorum Doctorum transgredi, ut offensa plus debito consulas & anxium poenitentem graues, & anxiosem dimittas, & ipse nolit huiusmodi poenitentiam & satisfactioem acceptare, sed potius se cum doctrina Sancti Thomæ, vel Caietani & sequentium magis recepta confirmare: quis condemnauit, hunc consistentem nullus profecto: ergo nouissima præfata opinio contraria, illusoria est non solum, sed imò etiam maximè nociua obedientibus. Finem denique facio huic disputationi asserendo, fugiendum esse in praxi ab hac nouissimorum opinione, tanquam rigida, periculosa & non firma: & doctrinis variis & peregrinis nolite abduci, ut aliàs inquit Apost. Paul. ad Hæbr. c. 13.

Non obstat primum fundamentum partis contrariæ,

trariæ, quoniam negamus esse verba ambigua, dicere & affirmare infamatorem se falsum dixisse, quia iam sunt verba clara contradictoria conuicti veri præcedentis maximè secundum communem sensum & intellectum verborum, qui est attendendus, ut probauimus: neque obstat, quod reus præter iuris ordinem & inique à iudice interrogatus, an crimen commiserit, possit verbis ambiguis respondere: quod si iterum vtatur à iudice, clare respondere ipse directe negare crimen occultum à se commissum, absque mendacio, intelligendo eoque modo, quo iudex interrogat iniuste, ut resoluimus supra dicta quæstione id enim idè procedit, quia reus eo casu non habet aliam viam qua à iudice inique interrogatus euadat: at in nostra specie, sunt alij modi restituendi famam conuenientiores absque mendacio, de quibus supra.

15 Secundum fundamentum partis contrariæ ex superioribus iam diluitur.

Tenebitur præterea huiusmodi infamator veri criminis occulti de damno dato, ei cuius famam vulnerauit, nempe, si causa illius iniuriæ aliquam iacturam suorum bonorum fecit, non tamen integram ac si per mendacium eum infamasset, sed ad arbitrium sapientium prudentiumque victorum, secundum Dominie. à Soto ubi supra, dist. lib. 4. de iniuria & iure, quæst. 6. art. 3. ad quartum argumentum ibi: *at vero*, cuius ratio esse potest, quia causa præcipua damni non est reuelatione criminis illius, sed crimen illud reuelatum à reo commissum, reuelatio namque tantum fuit causa, sine qua non, cum ergo causa præcipua non sit reuelatio illius criminis, sed ipsum crimen non debet ille infamator integram restituere: quia vero nisi ille reuelasset non fuisset damnum sequutum, tenebitur restituere partem aliquam damnorum inde sequutorum, & Sotum in hoc multi sequuntur, estque probabilis opinio secundum Salou infra citandum.

Contrariam tamen sententiam in hoc, imò quod huiusmodi infamator veri criminis teneatur ad restitutionem integri damni sicut falso infamans probauit Nauar. in man. c. 18. n. 45. ad finem dicens non videtur eum, quod affirmat Soto in contrarium, quia licet hic plus peccet, non tamen plus nocet quam ille: restituitur cum sit actus iustitiae potius respicit nocuum quam modum nocendi: & hæc opinio Nauarri probabilior videtur Saloni de iniuria & iure, in 2. d. Thom. quæst. 61. art. 2. controuers. 10. col. 700. dicens, quod aliquando placuit sibi illa opinio Soti & quod utraque est probabilis: tamen hæc probabilior: eandem Nauarri sententiam sequitur & probat Ludouic. Carbo de restitutione, quæst. 18. in quinta conclusione versculo, quod verò, & Petrus Nauar. lib. 2. de restitut. cap. 4. num. 384. & Emanuel Rodrig. in sua Summa 1. tom. c. 233. conclus. 6. n. 7. & ita videtur mihi tenendum.



SUMMARY.

1 Iniurians mulierem nuptam vocanda eam adulteram, quæ verè talis erat vel maritum cucurbitam vel vnalem an admittatur pro sua defensione ad id probandum & numerus sequentibus, ubi qua pœna sit puniendus & num. 7. quid quando mulierem nuptam, quæ ante matrimonium fuit meretrix, vocauit meretricem? & num. 8. Praxis Criminalis,

9 Vocans filium legitimam meretricis filium, & quod mater vidua sit meretrix, tenetur actio in iniuriam.
10 Infamans aliquem de crimine iam remisso per principem, tenetur ei actione iniuriam.

De vocante mulierem nuptam, adulteram, vel eius maritum cucurbitam, vel vnalem volente id probare, an sit admittendus?

QUESTIO CXXV.

VERO etiam in consequentia eorum, i quæ in quæstione proxime præcedenti resoluimus, an idem sit dicendum, si quis eam, quæ verè erat adultera, vocauit adulteram, vel eius virum cucurbitam, vel vnalem, & velit hoc probare, an sit audiendus, atque admittendus, quodque si probet, excusetur ab iniuria & à pœna recantandi palinodiam de qua in hac nostra l. regia 2. titulo de las injurias & denuestos, l. 8. non. collect. regia?

In hac quæstione primum nostratum inuenio Gregor. Lopez, in l. 1. in gloss. magna, super verb. que es verdad, vers. quid tamen, eam tangentem, sed maximè dubitantem.

Primò, an huiusmodi iniurians sit admittendus ad probationem dicti conuicti.

Secundò, an huiusmodi conuictus sit condemnandus pœna contradictionis, de qua in hac l. namque aliàs puniatur, asserit videri in dubium, quinimo est doctrina certa, ut extra ordinem puniatur, etiam si veram dixerit, ut resoluimus supra in quæstione proxime præcedente, & ad Greg. Lopez, in præd. loco tenetur lectores Parlador. verum quot. lib. 1. c. 17. num. 34.

Circa primum existimat Greg. Lopez ubi supra, non videri debere admitti reum ad probationem d. conuicti, ex quo probatum non reuocatur, præcipue instantibus legibus huius regni, quibus cauetur, quod marito nolente vxorem accusare extraneus ad id non admittatur, de quo supra latè egimus alia q. ergo nec maritus potest accusare de eo quod tenuit adulteram, propter contingeret saltem per indirectum, si hic conuictor admittetur ad probandum dictum conuictum: accedat, quod quando agit de honore, vel infamia matrimonij, nullus sine consensu mariti admitti debet ad probandum id, quod ipsum matrimonium infunderet, ut ibidem diximus: denique Reipublicæ nihil interest huius criminis manifestatio, ergo eius probatio admitti non debet, quia non releuat probantem iuxta distinctionem Bart. communiter approbatam in l. eum, qui nocentem in princip. ff. de in iur. de qua sup. quæst. 124. n. 4. eandem opinionem tenet D. Azueved. in d. l. 2. n. 45. & 46. tit. de las injurias, hoc lib. 8.

Nihilominus tamen in puncto (quod aiunt) iuris vtrius videtur contraria sententia, imò quod in specie præmissa reus admittendus sit ad probandam veritatem conuicti: primò, quia hæc probatio est necessaria pro defensione honoris iniuriantis, patet: quia probata veritate conuicti non debet ipse reus condemnari, ut canat palinodiam, nec dicere se mentitum fuisse, cum verum dixerit, ut resoluimus cum communi, & verissima

sententia in q. proximi pced. ergo teo non est auferenda defensio necessaria, est de iure naturali.

Secundò, quia licet actor etiam agit de proprio honore conseruando, vt reus; nihilominus in pari causa, potius videtur fauendum reo accusato, qui inuitus in iudicio premitur, & in vinculis detinetur, quam accusatori, qui spontaneè agit, quod si sibi expedit accusare, vt suo honori consulat, sibi imputet, ac reum prouocet ad iudicium, & reus coactus agat de suo honore etiam conseruando secundum veritatem, quam habet opus probare factò accusatoris: & præterea, ne reus cogatur dicere mendacium, si probatio non admitteretur, provt diceret in præfata specie, si coactus palinodiam caneret: mendacium pro salute totius mundi neutquam dicendum est, vt prædiximus ergo, &c.

Tertio, quia leges regie supra in contrarium allegata non obstant, quia loquuntur respectu accusationis adulterij: nemo enim præter matritum potest de adulterio hodie iure nouissimo accusare. nec iudex ex officio super causa adulterij inquirere aut procedere: at hic non agitur de accusatione, nec de inquisitione adulterij ad illam effectum, de quo leges Regie loquuntur, sed tantum ad defensionem rei accusati ab ipsomet marito, ne compellatur palinodiam canere, sequeque mentum fuisse affirmare contra veritatem; hoc autem fieri non potest, absque eo quod ad probandum admittatur reus, ergo casus hic tamquam omissus remanet sub dispositione iuriconfult. quod habet, vt reus possit in iudicio probare conuictum à se in alterum obiectum animo iniuriandi, vt à pœna liberetur, vt in l. eum, qui nocentem in princip. ff. de in iure, & in l. fin. circa fin. tit. 6. & in l. 1. ad fin. & l. 1. tit. 9. part. 7. ergo admittendus est offensor hic, de quo agimus, ad probationem veritatis conuicti, quando quidem ea probat liberatione à pœna propriæ contradictionis, licet aliàs extra ordinem puniri possit pro malo animo, & indebita exprobatione contra ordinem debitum, & sine causa.

3) Cauent tamen iudices summopere, ne passim, & indistinctè hoc admittant, sed cum nimia cautela, & vbi aliàs ob id non timeatur periculum vitæ mulieris, & adulteri, si adulterium probetur, cum agatur de honore mariti, ac matrimonij, & deinde maximum malum futurum speretur, & sic periculo res est plena: Pensabit igitur rectus, ac prudens iudex, attempta personarum qualitate, aliisque pensandis, vtrum, id eo cedere debeat, necne, deteriora inde contingant, & vtrum stante præd. periculo, expediat potius seorsum in camera occultè sine tabellione recipere probationes in actis publicis non ponendas, vt iuxta eas possit iudicare afferendo in sententia iustis de causis animum meum mouentibus, & si appelleret à sua sententia mittat eas secreto ad iudices superiores, de causa cognituras, vt eam confirmet, vel id omninò omittet iuxta consilium Bernard. Diaz de Luço in sua practico. crimin. canonica. cap. 83. adulterij, num. 6. dum agit de clerico adultero, an iudex Ecclesiasticus possit eum punire, & quomodo tunc contra eum procedere debeat, vt euitetur periculum vindictæ mariti, de quo infra agemus alia quæst.

4) Quoad secundum dubium, an huiusmodi conuictor probata veritate conuicti à se obiecta in præmissa specie debeat condemnari in pœna ordinaria nostræ l. Regie nempe, que se des-

diga extra inquit Gregor. Lopez, quod semper fur dubius, ex eo quod lex nostra tendit ad restitutionem famæ, & loquitur, quando, quis per mendacium prædicta conuicta, seu alterum eorum in alium obiecterit, vt ex ea patet in littera, & in eius exemplis, & quia non præsumitur, quod lex velit docere mentiri, seu condemnare ad mentiendum, & dicendum id, quod veritati est contrarium.

Facit Doctrina Andrea de Ysernia in §. iniuria de pace iuramento firmando in versicul. seu do, quem superius citauerat Gregor. Lopez ad hoc, quod vocans aliquem cucurbitam, vel riualem; id probans, non tenetur ad actionem iniuriam, quamvis indubium sit, debere saltem extra ordinem puniri, vt in quæst. præcedenti resoluimus.

Ego autem indubium esse existimo cum communi, vt in hac specie: minimè teneatur offensor, si probet adulterium, palinodiam canere, ac proinde minimè ad id erit condemnandus, neque vt se mentum fuisse dicat, vt in quæstione præcedenti resoluimus: sed tenebitur seruari, quod ibidem diximus, & ita est tenendum, quicquid aliud censet Didacus Perez in d. l. 2. tit. 9. lib. 8. ordinament. pagin. 229. columna 2. glossa, marido puta, intelligens, hanc nostram l. procedere, etiam si iniiciens vxori verbum iniuriosum adulterij, vellet id probare, & adhuc probet, nam secundum eum non excusaretur ab iniuria, & tenebitur per hanc l. quæ generaliter conuictantem mulierem nuptam puniri: nisi probasset in simul, quod maritus erat sciens, & patronus turpitudinis: hallucitanus, qui quidem author hic in hoc, nec tra dicitur considerari, vt debuit, siquidem absurdissimum est, & contra veram rationem, eum qui verum conuictum alteri obiectit, vt eumque sit, condemnari, vt palinodiam caneret, sequeque mentum fuisse asserere, cum veritatem dixerit: tamen aliàs extra ordinem actione iniuriarum teneatur, & condemnandus sit propter malum animum, quæ habuit iniuriandi, & iniuriam, quam intulit matrimonio iniuste, non tamen, in pœna contradictionis, de qua in nostra lege, quod ipsa scilicet pœna repugnat, & se non compatitur, cum veritate conuicti probata.

Sed quid, si mulierem nuptam, quæ antequam contraheret matrimonium, fuit meretrix, vocet, quis Meretricem, an teneatur actione iniuriarum, & puniatur pœna nostræ legis secundæ, vt debeat se retractare, & mentum fuisse affirmare? Lucas de Peña in l. errat, versiculo septimo queritur, C. de Castrens. peculio, lib. 12. tenet, illum actione iniuriarum minimè teneri, quia licet intermissa sit turpitudine, non tamen est abolita l. palam §. 1. ff. de ritu nupt. sed hoc durum sibi videri inquit Gregor. Lopez, in l. 1. glossa mag. ad fin. tit. 9. part. 7. & quod saltem puniretur extra ordinem.

Ego verò in hac re ita censeo distinguendum, vt si quidem, conuictum hoc expresse referretur ad tempus præteritum ante matrimonium huius mulieris, quo verè meretrix fuit, & sic, quando erat soluta, verbi gratia: si diceretur conuictum, quod ante matrimonium fuit Meretrix, hoc est, Pura, & hoc verum esse probetur tunc quidem nullo modo, esset condemnandus conuictor hic in pœnam canendi palinodiam de qua in hac nostræ l. Regia, tamen aliàs propter malum animum extra ordinem puniri debeat arbitrio iudicis.

Si

Si verò mulieri nuptæ bonæ famæ simpliciter conuictor exprobaretur, hoc verbum, Pura: aliud est dicendum, quoniam tunc loquitur expresse lex nostra, ubi, d. à muger que tenga marido puta. Vnde cum lex in hac specie, non distinguat, nec etiam conuictor distinxit, incurret profecto præd. pœnam palinodiam canendi directè, & eaque erit omnino condemnandus: nec reuelat, quod huiusmodi mulier, antequam nubere, fuisset Meretrix, quia iam nupta non est Meretrix, denique & quia ratio præcipua nostræ legis fuit, ne matrimonium fœdaretur, & sic ob honorem matrimonij, cuius tempore mulier hæc Meretrix non fuit, nec est, igitur, &c. & in terminis huius secundi membri, hoc probat Didac. Perez in l. 2. pag. 229. versicul. tit. 9. lib. 8. ordinam.

Qui autem vocauit eum, qui natus fuit ex legitimo matrimonio, filium Meretricis, eo quod mater vidua sit Meretrix, tenebitur actione iniuriarum secund. Luc. de Peña ubi supra, quæst. 8. quem refert, & sequitur Gregorius Lopez ubi supra, in fine glossæ magnæ, non tamen tenebitur pœna de desherese, de qua in nostra lege quoniam, & si non distinxit, attamen tempore prolatis conuicti mater non erat nupta, sed vidua, & sic cessat qualitas illa, à muger que tenga marido puta, nihilominus tamen erit alias puniendus extra ordinem ob iniuriam illatam illi, qui reuera non erat filius meretricis, cum esset antea natus, sed ex legitimo matrimonio.

10) Quod si quamvis infamauerit aliquem de crimine iam remisso per principem tenebitur iniuriarum, habetur enim tunc, ac si non commississet, & macula omnino esset abolita lege Imperiali circa princip. §. 5. secundo, Cod. de mpt. lib. quod in senatu, ff. de adul. edit. Andreas de Ysernia, in cap. 1. §. præterea, columna quinta, que sit prima caus. benefic. amiten. quem refert, & sequitur Gregorius Lopez, in dict. glossa magna; versiculo, limita etiam, ubi ipsi limitant, præterquam, si conuictor non vocauit eum, cui facta fuit remissio proditoris, sed diceret Tu fuisti proditor, tunc enim cum dicat verum, non tenetur actione iniuriarum: quod verum intelligo de pœna ordinaria, fecus de extraordinaria, qui licet dixerit verum, nihilominus propter malum animum, & quia non expediebat reipublicæ illud manifestari, cum iam non sit proditor, & delictum in hoc commissum remissum fuerit à principe, puniendus erit pœna extraordinaria: multoque magis, si princeps indulsisset, & voluisset quod neque debeat dici, quod fuit proditor, vt probat Gregorius Lopez ubi supra, contra Yserniam dicentem, tunc eum non teneri actione iniuriarum, sed si est contemptor mandati regij, tenebitur, vel ad pœnam in tali rescripto contentam, vel extra ordinem iuris factilegij, quia mandat principis lex est, vt in l. 2. vt dign. ordin. seruetur, lib. 11. ergo vtraque ratione, eum condemnare, si contemptor mandati regij fuit, qui scienter contrauenit, & hac ratione, & iniuriarum, propter malum animum, pœna tamen extraordinaria.

S V M M A R I V M.

- 1) Iniurians alterum verbis subdolosiss, an sit puniendus, ac si eum verbis directis iniuriasset? & n. seqq. & præcipue, n. 7.
3) Iniurians alterum dicendo, in meo genere, non Praxis Criminalis.

sunt latronis, &c. tenetur eidem actione iniuriarum.
4) Veste lugubri vtens in improprium amici sui iniuriam passi, aut aliam detestabilem iniuriam, tenetur ei actione iniuriarum.
5) Conuictians alterum tenetur actione iniuriarum, etiam si expresse eum non nominauerit, si tamen conuictus appareat de tali persona fuisse. Et idem respectu socij iniuriati, vt in casu de quo hic, num. 6.

De iniuria verbis subdolosiss facta.

Q V Æ S T I O C X X V I.

1) V E R O nunc, an ex verbis subdolosiss fiat iniuria, sicut fit directis, ita vt debeat sic iniurians condemnari pœna nostræ l. ac si diceret verba iniuriosa directè, de quibus in hac l. & quod fiat iniuria, indubium videtur, & probat Lucas de Peña in l. errat, C. de castrens. pecul. lib. 12. & Jacob. de Bellou. in sua practico. criminali in principio, quos refert & sequitur Auendan. in tractatu de iniuria num. 28. quod autem debeat condemnari in pœnam nostræ l. regie: dubium ficit, quòd sit maximè pœnalis, vnde extendenda non videtur vltra casum, in quo loquitur, hoc est in verbis expressiss, alterum conuictante, hoc est directis, de quibus in ea, ex regula iuris vulgaris odia restringit &c. & ad verba indirecta, quamvis similia, extendenda non est, præcipue cum in dubio non sit presumendum delictum l. merito cum siml. ff. pro socio: & mitior pœna est eligenda, & verba potius sunt in mitiore pœnam, vt excusamus delictum, iuxta iura vulgarit.

Nihilominus tamen contrarium est tenendum in terminis nostræ quæstionis in element. fin. versic. quod si n. 3. de penis, ubi tenet, damnus ex tacita, vel expressa detractione verborum proueniens, per verba contraria restituendum esse ex pluribus iuribus, que ibi allegat & præcipue ex cap. fit rector 43. distinctione sequitur Auendan. ubi supra, dicens alibi non legit.

Hinc est, vt si quis dixerit alicui animo eum conuictians Rogo, vt taceas: nam in meo genere non sum Latrones, sodomite, Iudæi, vel heretici, seu leones, vel taceam, ego non sum cucurbita, vel ego non fui condemnatus de falso, vel de crimine furis, vel huiusmodi, tenebitur ei actione iniuriarum: ita Lucas de Peña in d. l. 2. tit. 9. col. 2. versicul. postquam autem. Boet. consil. 4. num. 17. vel si dixerit, Non sum ego ille, qui furtum fecit, Petrus de Pateo, in tractatu de syndicat. verbo, notorium colum. 2. & vtrumque sequitur Didac. Perez, in l. 2. glossa 1. colum. 1490. tit. 9. lib. 4. ordinamenti: vbi pro hoc allegat text. & quæ notat Barr. in l. item apud Labeonem, §. cui non sine, ff. de iniuriis, ubi habetur, quod & si quando conuictum non sit certæ personæ, non puniatur: tamen si apparet, quod diceret de aliquo licet eum non exprimeret, vel si diceret de aliquo, & intelligeret de alio, & hoc apparet, puniendus erit, non enim curandum est cum quo, quis loquatur, sed in quem verborum intentio dirigatur, vt in l. cum pater §. donationis, ff. de legatis 2. Boet. ubi supra, num. 18. & Auendan. in tractatu de iniuria, num. 10. versic. item est aliud.

Sic etiam vtens veste lugubri in improprium amici

amici sui infamiam passi, aut aliam deestabilem iniuriam, tenetur adione iniuriarum: ita Angelus in l. item apud Labonem, §. generaliter, ff. de iniuriis, & in l. vestem eodem tit. ubi, quod in iniuriam alterius non licet fordidam vellem deferre, aut capillum summittere, & dicit notandum contra illos, qui dicunt aduersus notoriè damnatos Me tadet de tali condemnatoria contra re lata & hoc modo reprobant, vt vidit aliquos facere, quem refert & sequitur Ial. in l. turpia legata num. 11. ff. de legat. 1. & Didac. Perez ubi supra, col. 1491.

Similiter etiam dicendum est, quod licet lex nostra dicatur, dixere à oro non semper requiritur expressio nominis illius, aduersus quem iniuria profertur. Sed fufficit, quod per coniecturas appareat propter certum quendam hominem dictum fuerit conuictum, ita Avendan. ubi supra,

addens, quod si quis alteri dixerit aliquam iniuriam, quæ in eo non est vera, sed in socio, quæ secum erat, ille focus potest agere adione iniuriarum secund. Albert. in 2. p. statum quem refert & sequitur Ial. in d. turpia num. 10. ff. de legat. 1. & standum est consuetudini ad intelligendum qualiter iniuriarum, secundum Alex. hoc latè probantem in l. filio praterito in parte causa legitima ff. de iniuriis ruti. quam testatur Avendan. in tractatu de iniuria n. 27.

Obferuandum tamen erit circa supradicta, ita demum ex verbis subdolosus & tacitis, seu indirectis conuicti causa in alterum obiectis incurri in penam nostram l. iuxta supra resoluta: quando verba illa iniuriola fuerint de quinque vel sex verbis contentis & comprehensis in hac eadem nostra l. aut aliis omnino similibus, pro quibus, si directè proferantur, incurretur eadem pena, pro aliis enim verbis iniuriosis minoribus etiam directè prolatis habebit locum pena l. 3. hoc titulo, de duzentos marauedis, 7 lo que mas al juez le pareciere, aeterna la qualidad de las personas, 7 de la iniuria.



SVM MARIVM.

Iniuriis plures vno impetu proferens, contra alterum, an toties sit pena legis regia plectendus? & numerus sequentibus. Et quid in plurius blasphemis vno impetu prolatis num. 5. Et quid quando plura delicta facta simul committuntur remissiuè? n. 7.

De pluribus iniuriis vno impetu prolatis.

QUESTIO CXXVII.

VERO modo, an si quis in alterum eodem impetu plura verba iniuriola protulerit, sint plures iniuriæ ita, vt toties sit pena huius l. plectendus, nec ne?

Et prima quidem facie pars affirmatiua vera videtur, quia vbicumque delictum formatur, ibi, & pena est inferenda iuxta formam legis hoc prohibentis; sed in vnoquoque verbo iniuriolo prolato delictum committitur, vt patet ex nostra l. toties ergo penam subibit delinquens, quoties verba iniuriola repetit secundum l. dispositionem.

Conuestitur & augetur hoc fundamentum; nam si aliud diceremus, sequeretur inde eadem pena puniri plus, & minus delinquentem, hoc autem absurdum videtur & contra iuris decisionem, quæ habet penam esse imponendam pro modo culpæ, vt in l. respiciendum cum simili, ff. de pen. ergo, &c.

Secundò hæc eadem pars probatur, quoniam qui iterat conuictum, non videtur ex iracundia, sed ex deliberatione dixisse iuxta glossam in cap. si quis iratus verbo iterare 2. quæst. 3. cuius meminit Hentic in cap. statuum de maledic. in cuius glossæ comprobationem plura coniecti Hippolyt. de Marfil. in l. in criminalibus, §. quæstioni colum. 2. ff. de quæstionibus & in l. frater tuus num. 17. Cod. l. Cornel. de Sicar. Palac. Rub. in rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 17. numer. 9. vbi num. 12. d. glossam singularem appellat Bosius in sua præf. crimin. in tit. de homicid. num. 64. Plaça de del. lib. 1. cap. 20. versiculo decimo, & Didac. Perez in l. si. tir. 1. lib. 1. ordinam. columna 56. versiculo, præterea etiam quæro: ibi præterea.

Tertiò, quia lex nostra prohibet & punit singulariter vocantem alium gaffo, somerico, &c. ergo meritò, vt qui in hoc incidit pena nostræ legis sit plectendus pro qualibet vice.

Hæcque opinio procedit, quoties plures iniuriæ diuersæ speciei eodem impetu & continuatione iterantur, tunc enim pluribus penis esset afficiendus iniurians (quia in pluribus offendit legem, & proximum) glossa & Bart. in l. iniquam plura, n. 11 ff. de priuat. de delict. hæc est communis opinio, vt afficitur Hippolytus de Bonacola in suis communibus opinionibus crimin. verb. iniuria plures, pro qua communi allego glossam in l. nunquam plura, verbo, ob aliud ibi, item intelligo regulam, vt exempla dicunt, quando diuersæ sunt species delinquendi, aliàs secus, ff. de priuat. delict. & ibi Bart. notat, & illam glossam ordinariam appellat Plaça d. lib. 1. c. 1. n. 17. ibi, longe qui de malitia: ergo ita in nostra specie est dicendum, vt appellans alium conuicti causa gaffo, cornudo, be-reje, &c. toties sit puniendus penis nostræ legis, quoties verba iniuriola in ea contenta, vel similia in illum effudit.

Nihilominus tamen in vtraque specie contrarium censeo tenendum; atque in praxi iudicandum, vt si quis eodem impetu, & oratione plura verba iniuriola in alterum protulerit, siuè eiusdem, vel diuersæ speciei, vna tamen pena nostræ legis tantum sit puniendus: non verò pluribus; & quidem quando verba sunt, eiusdem speciei est procudubio hoc verissimum ex l. apud Labonem, §. ait prator, ff. de iniuriis vbi Bart. expresse notat, quod si eodem oratio iniuriola sæpè repetatur, vna tantum sit iniuria, non plures: sequitur Alber. in 2. p. statum, q. 39. & Angel. in tract. de maledic. in parte verba iniuriola n. 6. & si enim vna oratio idem significans pluries repetatur, non tamen celsetur vt si vnica iniuria iuxta glossam hoc verbo & Bart. in l. si quando, C. de bon. vacant l. 10. & ibi quoque Plaça, & Lucas de Peña Corfasus in suis singul. verbo, statuum, versicul. statuo canetur, Boet. consil. 4. num. 8. & hæc sententiam veritè magis fanerè asseuerat August. & Arimin. ad Angel. ubi supra, num. 6. estque expresse pro ea l. 8. ityli sic dicens: Si en vna pelea, o en cõtienda, tanetas palabras de denuesos se aizen, no se juzga sine la pena del mayor denueso: & eam probat in terminis nostræ lib. 2. dicens esse notatum dignum ad hanc regiam constitutionem Petrus Plaça.

Plaça d. cap. 1. num. 17. & prius D. Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 10. num. 8. versic. 2. si quis in alterum, Didac. Perez in l. fin. tit. 1. lib. ordinam. col. 56. ad fin. & Prosp. Farinacius in suis quæstionibus crimin. de delict. penis, quæst. 22. numer. 28. vbi numer. 19. idem cum aliis probat in pluribus blasphemis prolatis ab aliquo contra Deum vno & eodem impetu, eademque continuatione verborum, quia vnica tantum celsetur blasphemia & vnus tantum blasphemæ pena punitur ex Cepol. consil. crimin. 77. Alciat. in cap. cum non ab homine, numer. 3. de iudic. Couar. ubi supra versicul. 3. eodem pacto & Plaça ubi supra numer. 18. versic. 4. eodem pacto diffinit potest, quibus addit Auiles in cap. 25. præf. glossa 1. num. 23. & supradicta omnia etiam probavit nouissimè Azueved. in dicta leg. 2. numer. 51. cum sequentibus.

Quando vero verba iniuriola sunt diuersæ speciei incontinenti eodem impetu prolata, adhuc idem probò ex vnitatè animi, & idè, vnum tantum crimen censendum est, vt optimè probauit D. Couar. ubi supra, & sequitur Farinac. ubi supra sub d. num. 28. & hæc sententia, vt potè æquitati adhærens in praxi seruanda foret, secundum Petrum Plaçam ubi supra d. non 17. versic. cuius quidem sententia, tametsi secundum ipsam ibi, quoad publicam vindictam & punitionem, propter reiterationem grauiori esset afficiendus supplicio huiusmodi iniurians ex leg. illud, §. vltimo, ff. ad l. Aquil. & glossa præcitata in d. l. nunquam plura ad fin. Angel. & aliis, quos ibi refert & sequitur Azue. ubi supra, apud quos duos vltimos, quid quando ex interuallo fiant iniuriæ.

Modo non obstant fundamenta prioris partis, & quidem non primum: quia quoties eodem impetu & eadem oratione plura verba iniuriola proferuntur, ex omnibus simul fit & formatur vnum delictum, non vero ex vnoquoque: ergo vnica tantum pena huius legis erit puniendus sic iniurians alterum: nec obstat, magis delinquere si dicatur, qui plura verba iniuriola protulit simul vnico impetu, ac proinde magis puniendum, quàm qui vnum, id namque ad vindictam publicam tantum est considerandum non tum respectu priuato sensu, vt præmisimus.

Ad secundum respondemus, fatendo iterantem conuictum non videri ex iracundia, sed ex animi deliberatione dixisse, ac proinde pena ordinaria nostræ l. esse puniendum, non tamen inde sequitur pluries esse puniendum, qui pluries iniurias vnico impetu protulit, cum ex omnibus vnum tantum delictum efficiatur, & commissum videat, licet grauius.

Ad vltimum de communi opinione quæ habet, quod quando plures iniuriæ diuersæ speciei vnico impetu proferuntur, pluribus penis est afficiendus sic iniurians. Respondemus adhuc contrarium æquius esse, ac benignius & proinde in penis sequendum, præcipuè cum sit fulcrum autoritatè grauiissimi ac maximi practici D. Couar. & aliorum, rationeque non leui: nempe, quod adhuc ex vnitatè animi vno contextu proferentis diuersas iniurias, vnicum delictum videatur, non plura, quasi semel voluerit pluribus iniuriis alterum offendere: & hæc quando iniuria fit verbis, & si autem facta fiat, quid obseruandum sit, vbi idem delictum, vel statim reperitur pluries, vel vnico actu plura crimina complectitur: latissimè agunt D. Couar. ubi supra num. 8. & Plaça d. num. 17. cum sequentibus, &

Farinac. d. g. 22. num. 6. cum sequentibus, qui sunt videndi, quoties opus fuerit, hic enim non oportet id examinari, quandoquidem tantum nostra l. agit, de punitione iniuriæ, quæ verbis fit, non autem facta, aliaque in materia propria nos expectant declaranda.



SVM MARIVM.

- 1 Prouocatus iniurians pronocantem verbis maioribus de quibus in l. 2. titulo de las injurias, noua collect. regia an sit condemnandus pena canendi palinodiam? & numerus sequentibus præcipuè numer. 19. & 20. cum seqq.
- 5 Marius occidens mulierem adulterem deprehensam in adulterio propria auctoritate non lucratur datem.
- 6 Offensor secundus pronocatus à primo ab eo conueniri non potest.
- 7 Defensio propria iniuria originem ducit à iure naturali, quantum vero ad moderamen inculpatæ tutela est de iure gentium.
- 8 Ignoscendum est ei, qui pronocatus se vult defendere. Ampliatu n. 9.
- 10 Prouocatus animo, se defendendi potest oblitere pronocanti verbum iniuriolum, puta iniurianti, mentiris, &c.
- 11 Qualibet causa delinquendi extimat penam ordinariam.
- 12 Homicidium commissum fortuito ad propulsandam iniuriam verbalem pena mortis non punitur sed mitiori & n. 14.
- 13 Accusatus post longum tempus alicuius facinoris mitti punitur.
- 15 Calor iracundiæ est causa, o pena ordinaria non inferatur.
- 16 Occidens alterum ob necessariam defensionem cum moderamine inculpatæ tutela omnino non punitur? & procedat etiam in foro conscientia numer. 17. & excessus in hoc non est puniendus pena ordinaria sed arbitraria num. 18.
- 23 Paria delicta quando mixta compensatione tollantur?
- 24 Duobus simul se iniuriantibus verbis, non conuictio quis pronocauerit alterum, neuter tenetur.
- 22 Iniuriatus ab altero, an possit ei respondere mentiris saluo honore suo? remissiuè.

De prouocato alterum iniuriante.

QUESTIO CXXVIII.

VERO vterius an prouocatus iniurians aliquem quolibet conuictio ex quinque in hac l. expressis tenetur canere palinodiam & sic pena huius legis veniat puniendus quod quidem in dubium videtur ex generali dispositione nostra l. denique, quia generaliter & vt plurimum iniuria fit præcedente aliqua prouocatione iniuriati, quis enim sanè mentis vnquam alterum conuictio afficit, præcipuè verbis adeo grauibus, de quibus in hac l. qui ab eo non fit læsissus? cum ergo leges ad ea, quæ frequentius accidunt, aptentur, consequens est, vt

nostra regia secunda de las iniurias y demeritos, hunc casum comprehendat: alias enim ratio, aut numquam eius poena imponenda esset: solum enim accusati frequenter & communiter executiones huiusmodi confingere, ac sepius imò probare.

2 Sed ut questio hæc melius explicetur, species huiusmodi ita proponenda est: nempe, cum prius aliquis alteri conuicti causa aliquod ex quinque verbis iniuriis in hac l. 2. expressis, vel similia obiecit, & hic offensus statim offensori idem verbum vel aliud, similiter iniuriosum ex eisdem expressit; queritur, an primus, nec non & secundus possint ad poenam huius l. eis imponendam accusari alter ab altero, & an ea, vel qua veniant plecendi?

3 Et quoad primum videtur, quod à secundo iniuriatore accusari non possit, quia cum secundus satisfactionem verbalem simili iniuria in aduersarij retaliata acceperit, iniuriam suam remisisse videtur, vt in l. sed si vnus, ff. de iniurijs ibi, qui enim accepit satisfactionem, iniuriam suam remisit: est etiam bonus textus in l. interdum la segunda, § qui furem, ff. de furti, vbi ille, qui propria autoritate cepit furem, & dicit eum ad iudicem, licet recuperet rem, amittit tamen poenam dupli, vel quadrupli à iure indictam pro furto quem text. peregrinum & vnicum appellat, plures Doctores allegans Anton. Gomez in l. 80. Taur. num. 63, ad hoc quod quando quis propria autoritate ius sibi dicit, non consequntur præmium legale. Similiter per illam text. Bald. in l. si ab hostibus §. 1. n. 1. ff. sol. marim.

4 Gomez in l. 80. Taur. num. 63, ad hoc quod quando quis propria autoritate ius sibi dicit, non consequntur præmium legale. Similiter per illam text. Bald. in l. si ab hostibus §. 1. n. 1. ff. sol. marim. inquit, quod maritus propria autoritate occidens vxorem in adulterio deprehensam, non lucratur dotem: que sententia est magis communis & l. 81. Taur. probata secundum Anton. Gomez vbi supra, aduersus Bart. contrarium tenentem, sed communiter reprobatur in d. l. si ab hostibus §. 1. n. 5, nihilominus tamen in nostra questione principali vtique agere potest pro sua iniuria, licet minus puniendus sit, vt infra dicemus in sequenti casu.

6 Quoad verò secundum offensorem prouocatum à primo, quod ab eo accusari non valeat, vel saltem eidem non debeat condemnari: facit primò l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup. pauper secess. dicatur, vbi inquit text. cum arietes, vel boues commisitissent & alter alterum occidisset, Quintus Mutius distinxit, vt siquidem is perisset, qui aggressus erat, cessaret actio: si is qui non prouocauerat competere actionem, ex quo text. inquit Bart. in l. 1. n. 5. ff. de iniuria & iur. quod propulsatio illata iniuriæ, & sic defensio, non tantum in brutis, sed etiam in hominibus, quantum ad originem, est de iure naturali, licet, quantum ad moderamen, sit de iure gentium: qua distinctio est magis communis secundum Ioan. Otisc. ibi n. 2. & probatur in lege 2. tit. 8. p. 7. ibi: eam naturalis causa es, &c.

7 Quoad verò secundum offensorem prouocatum à primo, quod ab eo accusari non valeat, vel saltem eidem non debeat condemnari: facit primò l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup. pauper secess. dicatur, vbi inquit text. cum arietes, vel boues commisitissent & alter alterum occidisset, Quintus Mutius distinxit, vt siquidem is perisset, qui aggressus erat, cessaret actio: si is qui non prouocauerat competere actionem, ex quo text. inquit Bart. in l. 1. n. 5. ff. de iniuria & iur. quod propulsatio illata iniuriæ, & sic defensio, non tantum in brutis, sed etiam in hominibus, quantum ad originem, est de iure naturali, licet, quantum ad moderamen, sit de iure gentium: qua distinctio est magis communis secundum Ioan. Otisc. ibi n. 2. & probatur in lege 2. tit. 8. p. 7. ibi: eam naturalis causa es, &c.

8 Secundo, fulcitur hæc pars ex l. cum natu maior, ibi, agnoscendum est ei, si voluit se vlcisci prouocatus, ff. de bonis libert. vix enim, quis potest proprium dolorem temperare Anton. Gomez 3. tom. cap. 3. num. 10. ibi & ratio Azueed. alios allegans in hac l. 2. num. 92. post Parlador. lib. 1. verum quotidianarum cap. 17. n. 36. & Don Ioan. Vela de pen. delict. cap. 10. pagina 85. ad fin.

9 Quod adeo procedit, vt etiam si duo sibi iniucem promiserint non offendere sub poena, & alter ipsorum prouocatus & offensus prius ab

altero illum offendat, primus offensus tenetur, secundus verò non secundum Bart. in l. cum pater, §. libertis, num. 7 ff. de legat. 2. vbi limitat, quando simul ambo se offendissent, quia tunc nullus tenetur, & ibi eius additio allegat bonas remissiones, sequitur Paulus de Castro in l. semel mora, ff. solut. marim.

Hinc est, vt prouocatus animo se defendendi potest obicere prouocanti verbum iniuriosum puta iniuriant, mentiris, Bart & Angel. in l. que omnia, ff. de procurat. & alios allegans Felin. in cap. dilecti filij num. 10. ff. de except. vbi hoc verum intelligit, dummodo dicens mentiris, dicat verum, etiam si non protestetur, se animo non iniuriandi id se asserere, & quod non potest mihi replicari, quod mentiri adde Azueed. in d. l. num. 96. & 97. alios allegantem & Vela vbi supra pag. 86.

11 Quinimò generaliter traditum est, quamlibet delinquendi causam poenam ordinariam extenuare Bart. in l. quid ergo, §. poena grauior, ff. de his, qui nor. infam. Bald. in l. si superior eodem tit. Sylua nupr. lib. 1. §. 2. n. 94. refert plures D. Redim. de malef. princip. §. sed etiam num. 80. quos citat & sequitur Parlador. verum quotid. d. cap. 17. num. 37. sed & alij plures idem probant quos citat Farin. in suis questionibus criminal. quest. 15. de accusat. num. 67. cum sequentibus, vbi num. 69. id ampliat, vt necdum iusta causa, sed etiam iniusta excuset in criminum iniuriarum ex glossa & alijs, quos citat & communem profertur Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 60. versiculo, & generaliter.

Hinc est etiam, vt vbi homicidium non præmeditato consilio, sed fortuito oborta quaestione ad propulandam iniuriam verbalem ad efficiendum honoris periculum repente contigerit, poena mortis non punitur, sed alia mitiori (solum frequenter accidere crimen istud eo pacto, vt licet puniendus sit, nec culpa careat homicida, tamen inspecto gentium more, quo de honore ac fama, & cuiuslibet nomine tractatur, non ea sit dignum poena, quæ iure ordinario in homicidis fuerit statuta) hoc sane casu iudices ipsi, & præsertim, qui supremo regis assistunt tribunali, plerumque poenam mortis in aliam mitiorem commutant, ita D. Couar. lib. 2. var. res. cap. 9. num. 2. versiculo primum, vbi quod ait sapientissime censet, vbi statim post homicidium ipse delinquens non punitur, sed demum ex intervallo quasi iam obliuio sceleris poenam ipsam ordinariam minuat argumento l. si diuino, ff. de penis, vbi Modestinus ait, si diuino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus poena eius subleuanda erit: ex quibus verbis secundum Couar. deducit communiter ab Accursio & alijs, mitiori poena puniendum esse eum, qui post longum tempus alicuius facinoris accusatur, quod sequuntur Aleciat. & Roch. de Curt. à Didac. relati, qui affirmat non esse omnino improbandum, tamen si contendat perperam id à Iurisconsulti responso deduci attingens eius verum intellectum.

14 Et quoad primum caput præcedentis doctrinæ atinet, id ipsum, nempe, vt si quis prius læcessit iniuria etiam verbali iniuriantem enecauerit, non sit poena capitis plecendus, sed mitius iure probant Auguit. de Arimin. in addit. ad Angel. de malef. in verbo, conumeliosa & iniuriosa, & in verbo, & dicitur Titius se defendendo, vers. quæritur, an ex solis iniuriæ & Curt. Senior consil. 20. incip. sepè numer. 1. col. 15. vers. ex

ex quibus hoc: Alex. consil. 111. videtur in casu propositio col. final. lib. 2. Hippolyt. consil. 25. num. 16. & latè examinatis idem Alex. consilio 119. num. 4. lib. 7. & alios referens Ant. Gomez 3. tom. cap. 3. num. 24. & Petrus Plaça de delict. 1. tam. cap. 1. num. 21. in versiculo, ab hac tamen, contra alios, quos primo retulerat Felin. in cap. dilecti filij num. 12. de except. Boer. decis. 169. vbi num. 2. ad fin. quod ita in praxi obtentum fuit à Restolato in Gallia, in villa de Tornela: estque receptum secundum Parlador. vbi supra, mon. 38. & Iul. Clar. in pract. crimin. §. final. questione 60. versiculo, nunc quæro ad fin. & Azueed. in hac l. 2. n. 93.

15 Denique frequens est Doctorum opinio scilicet, quod licet in delictis calor itacundia omnino non excuset, est tamen causa, vt poena ordinaria non inferatur, vt constat ex Petro Duernas plures allegante in regula 292. & ita affirmat Parlador. vbi supra num. 33. & dicemus 1. questione sequenti, hocque procedit in præfata specie.

16 Cæterum si alijs ob defensionem sui necessariam, cum modèramen inculpatæ tutela, quis alterum occideret, proculdubio immunis ab aliqua poena omnino erit, vt in l. 1. v. m. ff. de iniuria & iure cum similibus, quod est vulgatissimum & commune, vt inquit Catald. consil. 13. in primis verbis inter consil. crimin. diuersorum Doctorum lib. 1. estque hæc sententia frequentiori Doctorum calculo recepta, secundum Petrum Plaçam de delict. cap. 18. num. 3. in fine: & ita omnium gentium more & consuetudine receptum est secundum Cepolam consilio crimin. 42. versiculo, & profecto, idque licitum est, iure diuino naturali, & positiuo, vt latè probat Anton. Gomez 3. tom. cap. 3. de homic. num. 20. & d. l. 2. tit. 8. part. 7. & ibi Gregor. Lopez, & procedit etiam in foro conscientia, est communis, vt inquit Nicælus de concordia glossarium num. 56. & apud Theologos receptissima sententia, secundum Didacum in elementina, si furiosus, de homicid. vt refert & sequitur Iulius Clarus lib. 5. recept. sentent. §. homicidium, versiculo excusatur autem homicidium, vbi in sequentibus post Anton. Gomez, vbi supra, plura in eius ampliationem & declarationem vtilia, in praxi adducit & congerit, & omnes resoluunt excessum in hoc, non esse puniendum poena ordinaria, sed extraordinaria & mitiori arbitrio iudicis: & hæc quoad primum caput doctrinæ & praxis ex Couar. supra adductæ.

18 Quoad secundum verò caput eiusdem praxis, nempe quod ex diuturnitate temporis delicti commissi, poena eius diminuat ex d. l. si quis diuturno, hoc quomodo procedat & intelligendum sic, agit Anton. Gomez 3. tom. cap. 1. de delict. num. 8. & alij: quod hic non examinamus, vt ad quaestionem nostram, à qua aliquantulum (sed vtiliter in praxi) digressi sumus reuertamur.

19 Et idè in terminis, quod prouocatus ad iram aliquo dicto, vel facto alterius iniurioso, si in continentia aliquid etiam iniuriosum eidem retulerit, non teneatur iniuriarum ex prædictis probat Stephan. Aufrec. in addit. ad decis. 409. Capella Tolos. versiculo intelligit, & fuit Speculat. in tit. de accusat. num. 11. ibi, dicunt tamen quidam, sequitur alios allegans Hippolyt. de Marsil. in l. 1. in princip. numer. 60. ff. ad l. Corn. de Sicar. vbi in prædicta specie tenet non esse condemnandum huiusmodi iniuriantem prouo-

carum, sed mitius puniendum, & est communis, vt plurimos citans profertur Farinac. 3. tom. sue prax. crimin. quest. 105. num. 306. vbi num. 307. refert contrariam opinionem, nempe quod imò puniatur prouocatus, sed mitius & sic quod non liceat iniuriato aliam in iniuriantem iniuriam inferre, tenere alios auctores & esse quoque communem & mon. 245. & 309. resolutio pro concordia, quod prima opinio procedit, quando iniurians dicit falsum & iniuriarum refert iniuriam veram: quia tunc prouocatus nullatenus tenetur: secunda autem opinio procedat, quando iniuriatus refert iniuriam falsam, vt ita distinguendo tradit Bolognet. in l. v. v. m. num. 94. sub versiculo, secundo casu, ff. de iniuria & iur. & inquit Farinac. d. num. 309. quod hæc est verissima distinctio.

20 Et in terminis nostræ l. præd. opin. & doctrinam plures auctores eam sequentes referunt tenet & probat Petr. Plaça vbi supra d. 1. tom. de delict. cap. 1. num. 21. & Parlador. d. cap. 17. num. 35. vbi num. 36. quod mitius debet puniri & ante eos Montala in l. 2. tit. 3. lib. 4. for. in glossa, verbo o hereje, versiculo, item nota & D. Azueed. in hac l. 2. numer. 91. 95. & 98. vbi quod hic prouocatus iniurians prouocantem non poterit condemnari in poenam ordinariam contradictio nis sui ipsius, sed ad solidiorum poenam & exilium, atrenta qualitate personarum, eandem resolutionem tenet & probat Iulius Clarus in sua practica, criminal. §. fin. quest. 60. versiculo, nunc quæro, vbi refert esse communem opinionem, vt inquit Boer. consil. 4. numer. 28. quod iniuriatus iniuria efficiens iniuriantem non accusatur & quod ita obseruatur in practica: sed nihilominus Clarus, inquit, quod mitius punitur, quia in dubio, ille qui est prouocatus, præsumitur facere id quod facit causa se defendendi, & non causa vltionis, idem Clarus, §. iniuriarum vers. quæro etiam, quem refert & sequitur Bonacola lib. 9. communem opinionem verbo, iniuriarum, volumine 1. pag. 523. col. 2. in principio, & pag. 524. col. 1. versiculo, iniuriarum actione & pag. 525. col. 1. vers. iniuriarum tenetur, vbi de communi testatur.

21 Quo sit non esse indistinctè verum, in prædicta specie agi non posse iniuriantem: quia imò vnusquisque prædictorum potest agere de sua iniuria, licet per ea sit, vt potest si vocati te latronem, vel quid simile iniuriosum, & tu me, vt in terminis agens ad partes, resolutio ad partes Speculator vbi supra ibi, dic. contra: quia iniuria vna per aliam non tollitur, sed augetur l. 2. §. publico, ff. ad l. Iul. de adult. quam Specul. doctrinam tenet cum alijs Ferrar. cautel. 39. Nauar. in manual. cap. 18. mon. 46. ad fin. & Tyber. Decian. 1. tom. tractatu criminal. lib. 3. cap. 33. mon. 6. fol. 112. & cum communi latè resolutur lib. 9. communium opinionum vers. iniuriosa verba pag. 528. ad fin. in 2. volumine.

Mitius tamen puniri debet prouocatus iniurians verbo, vt in terminis hanc materiam sic declarans & referens Speculatorem vbi supra tenet Abb. in cap. 1. num. 1. & secundo de iniurijs & damn. dat. & resoluunt præfati auctores tam iure communi, quàm in terminis nostræ legis regiar, ita vt etiam si hic secundus iniurians profertur in prouocantem vnum ex verbis iniuriis, de quibus in hac l. 2. minime sit condemnandus in poenam canendi palinodiam, ratione prouocationis, seu alia mitiori arbitrio iudicis omnibus rectè pensatis.